Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Antiquae Urbis splendor: hoc est praecipua eiusdem templa, amphitheatra, theatra, circi, naumachiae, arcus triumphales, mausolea, aliaque sumptuosiora aedificia, pompae item triumphalis et colossaearum imaginum descriptio

https://hdl.handle.net/1874/282334

RaR
T
Rome
o
8
ODL 1600
obl

36 **Lauro,** Giacomo. Antiquae Urbis Splendor hoc est praecipua eiusdem Templa, . . . Theatra, . . . Arcus Triumphales, Mausolea, . . . 3 parts in 1 volume, engraved throughout, dedications to and portrait plates of Sigismund of Poland, Charles Emmanuel I of Savoy, and Ranuccio Farnese, letter of dedication to Pope Clement VIII, two printed leaves of Roman chronology, 39, 41, 62 plates, including one of the Vision of the Prophet Daniel with the four beasts, maps of the Roman Empire and of modern Rome, and a plate showing Roman customs. Obl. small folio, old reversed sheep neatly rebacked. Rome 1612-1618. [redacted]

One of the early editions, issued without the four language text on the verso of the plates, of this work based on Lafreri's "Speculum Romanae Magnificientiae" and showing most interesting reconstructions of Roman buildings along with, in the last part, views of churches, incl. St. Peter's, and of palaces and gardens, mainly those connected with the Farnese family.

ANTIQVAE · VRBIS SPLENDOR

HOC · EST · PRÆCIPVA · EIVSDEM · TEMPLA · AMPHI-THEATRA · THEATRA · CIRCI · NAVMACHIÆ · ARCVS TRIVMPHALES · MAVSOLEA · ALIAQVE · SVMPTVO-SIORA · ÆDIFICIA · POMPÆ · ITEM · TRIVMPHALIS ET · COLOSSÆARVM · IMAGINVM · DESCRIPTIO

Opera & induſtria Iacobi Lauri Romani in æs inciſa atque in lucem edita.

Addita eſt breuis quædam et ſuccincta imaginum explicatio in qua Regum Conſulum Imperatorũq; res geſtæ et rei Romanæ origo progreſſus incrementum, ac finis ex Hiſtoriarum monu= mentis oſtenditur.

ROMÆ ANNO . S . H . MDCXII

Cum Priuilegio Summi Pontificis et Aliorum Principum . Superiorum permiſsu.

Kunsthistorisch
Instituut
R. U. Utrecht
Oo-43

SERENISS·ET·INVICTISS·SIGISMVNDO·III·REGI·POLONIÆ·MAGNO DVCI·LITHVANIÆ·RVSSIÆ·PRVSSIÆ·MAS·SAMOGITIÆ·LIVONIÆ SEVERIÆ·ET·C·HÆREDITARIO·REGI·SVETIÆ·GOTHIÆ·VANDALIÆ MAG·DVCI·FILANDIÆ·TRIVMPHATORI·MOSCOVIÆ·AC·OIVM·SEPTENT.VM REGIO.VM

Iacobus Laurus Romanus F.P.

Ea est, maximarum à Te rerum gloriosè feliciterq; gestarum copia, Inuictissime Rex, et ea amplissimæ maiestatis Tuæ, summo cum splendore coniuncta magnitudo, ut non solum subditi Tui, gestienti cum lætitia, obtutus in Te suos, tanquã in firmissima ac solidissima Polonici nominis ac dignitatis columna, figant: sed exteri etiam, et magno locorum interuallo disiuncti, ad quos, Solis instar, immortalis nominis Tui celebritas et gloria penetrauit, in Te unum oculos conyciant, et te unum, omnes inter cæteros Principes suspiciant, debitoq; cultu tantam uirtutem, pro uirili quisq; prosequi conetur. Inter quos ego, cum iam diu omnes meos conatus studiaq; in hoc uno defigerem, ut aliquo monumento posteris testatum relinquerem, quanta Mtem Vram ueneratione prosequerer; quantumuis in uarias ancipitesq; cogitationes animus meus eã in re distraheretur, cum neq; mihi uoluntatiq; meæ satisfacere possem, neq; aggredi opus meis uiribus impar auderem: tamen uicit tandem, et omnem metum excussit, singularis illa Mtis Vræ et omnium ore celebrata clementia. Quæ cum prouolutos ad se amplecti eorumq; munus uel quodcunq; deuotissimi animi signum, quamuis exile ac tenue benignissime excipere soleat: animum quoq; mihi addidit, ut minime dubitarem, opus hoc, protectione Mtis Vræ munitum, in lucem aspectumq; hominum proferre. In quo tribus et uiginti ætatis meæ annis consumptis, Romanæ potentiæ gloriam, eiusdemq; toto terrarum orbe clarissimæ monarchiæ, opes, uires, triumphos, uictorias, admirandaq; ædificia, templa, basilicas, delubra, colossos, pyramides, circos, thermas, portus, amphitheatra, arcus triumphales, et quæcunq; illustriora, æternæ memoriæ, immortalis fama consecrauit; non lineis tantum adumbraui, uerum etiam scriptis ueluti uiuis coloribus expressi. Huiusmodi opus, optimo iure Tibi Gloriosissimo et semper Augusto Regi debebatur, tum propterea, quod eum, amplissimæ Monarchiæ, splendorem, uictorijs triumphisq; Tuis imitari, atq; adeo amplificanda propagandaq; Religione Christiana, æterna cum gloria superare conaris; tum multò magis, quod ei nationi illato nouo lumine, felicissime præs, quæ et in metam humaniter liberaliterq; tanta beneficia contulit, ut eorum memoriam, nulla sit unquam in me obliuio abolitura, et quæ armorum literarumq; laudibus celeberrima, ita antiqui Romani Imperij uirtutem semper æmulatur, ut ad Romanam antiquæ reipub: normam quàm proximè accessisse uideatur. Quanquam uerò maiora et ampliora, Mtis Vræ sublimitas requirebat; tamen cum plus interdum ponderis habeat uoluntas quàm uires non tam hoc externum indicium, quàm animum meum, obseruantiamq; meam erga se, Mtem Vram consideraturam firmiter spero, et spes ne me fallat iterum iterũq; cũ animi pronissa subiectione oro.

Romæ Iacobus Laurus Romanus 1609 *Superiorum permiſsu.*



CLEMENS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM, Cum ſicut accepimus dilectus filius Iacobus Laurus Romanus Almę Vrbis noſtræ incola Sculptor, & inciſor eius labore, induſtria, arte, & expenſis Saluatoris Domini Noſtri IESV CHRISTI, eiuſq. Beatiſsimæ ſemperq. Virginis MARIAE, ac Sanctorum pias, religioſas, ſpirituales, & ad deuotionem excitantes, necnon ad publicam, & vniuerſalem conſolationem imagines cum illarum titulis, inſcriptionibus, & denotationibus in æneis, vt alijs ſibi beneuiſis formis innouare, ſculpere, incidere, atq. repreſentare plurimi cupiat, ſed timeat ne alij eiuſdem artis Magiſtri ad ſuum honorem, & decorem ſimiles à dictis ſuis imaginibus formas deſcribere, ac depingere audeant, ſiue præſumant, & lucrum ex eis ſibi comparent, dictuſq Iacobus proprium laborem in aliorum vtilitatem, ac ſuum damnum conuertat: Nos eiuſdem Iacobi indemnitati hac in parte conſulere, ſibiq; ſpecialem gratiam facere volentes ſupplicationibus eius nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Iacobo vt effigies, imagines, aut quaſuis alias impreſsiones qualeſcunq. fuerint à Sacri Palatij noſtri

A Apoſto-

Apoſtolici Magiſtro approbatas modo, & forma præmiſsis per totum Statum Eccleſiaſticum ſiue in dicta Vrbe ex ſuo ingenio innouare, edere, & vendere, vendiq. ac diſtribui facere, libere, & licite poſsit, & valeat Apoſtolica auctoritate tenore præſentium licentiam, & facultatem, & ſine alicuius perſonæ impedimento concedimus, & impartimur, omnibusq. & ſingulis Sculptoribus, Inciſoribus, ac etiam Impreſſoribus, & quibuſuis alijs perſonis tam in eadem Vrbe, quam toto Statu Eccleſiaſtico, ne ipſi, ſiue qualiſcunq. ſit effigies, imagines, impreſsioneſq. per prædictum Iacobum factas, ſeu faciendas in poſterum, aut alias ad earum ſimilitudinem, & imitationem quoquomodo, ſeu in toto, vel in parte, & ſub quouis prætextu, etiam correctionis, aut additionis, ſeu mutationis in æneis formis huiuſmodi repreſentare, ſculpere, & incidere, aut alias in quauis forma imprimere, & edere, ſeu ab alijs impreſſas venales habere, venditioniq. exponere ad decennium à cuiuſq. imaginis inciſione, ſeu impreſsione computandum quouis quæſito colore ſine prædicti Iacobi licentia audeant, ſiue præſumant, ſub quingentorum ducatorum auri de Camera pœnis diſtrictius inhibemus. Mandantes propterea dilecto filio noſtro in Alma Vrbe Vicario, ac Vniuerſis, & ſingulis Venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, eorumq. Vicarijs, & Officialibus, cæterisq. Iuſtitiæ Miniſtris quoties pro parte prædicti Iacobi, aut quorumuis aliorum ab eo pro tempore quomodolibet cauſa habentium fuerint requiſiti, ſeu aliquis eorum fuerit requiſitus eidem Iacobo in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes præmiſſa omnia, & ſingula in Ciuitatibus, Oppidis, Terris, & locis vniuerſis, vt præfertur, obſeruari faciant auctoritate noſtra Apoſtolica inobediẽtes quoslibet, & rebelles per ſupradictas pœnas aliaq. iuris & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, irritumq. & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæterisq. contrarijs quomodolibet facientibus quibuſcumque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 17. Martij. 1598. Pontificatus Noſtri Anno Septimo.

M. Veſtrius Barbianus.

ROMAE, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ. MDCXIIII.

ROMA·VETVS·ET·NOVA·ÆDIFICIA·EIVS·PRÆCIPVA·SVIS·QVÆQVE LOCIS·VT·CAPITOLIVM·TEMPLA·AMPHITHEATRA·THEATRA CIRCI·NAVMACHIA·ARCVS·TRIVMPHALES·CVRIÆ·BASILICÆ COLVMNÆ·OBELISCI·PALATIA·THERMÆ·HIPPODROMI·AQVÆDVC[vs]·HORTI·SEV NEMORA·FESTA·VARIA·VENATIONES·IN·THEAT[is]·COLOSSI·FVNEBRIA·RELATIONES IN NVMERV̄ FALSOR· DEORV̄ IMPERATOR·FVNERA·SACRIFICIA·ANTIQVA·PONT·MAX·CREATIO CVM·SVIS·CEREMONIIS·ET·IN·CONVB[iis]·CŌTRACI[ve]·MATRIMONII·ORIGO ET·CVLTVS·FALSOR·DEOR·DESCRIPTIO·ROMANI·IMPERII·EIVSD̄· MONARCHIA·REGES·ET·REGINÆ·VARIAR·Q·GENTIV̄·CAPITA·AC DVCES·DVCTI·ROMAM·IN·TRIVMPHV̄·ILLVSTRIA·QVOQ·GESTA VII·REGVM·ROMANOR·CONSVLVM·DICTATOR·ET·IMPERATOR· ITEM DE LIBERALITATE IVSTITIA PIETATE ET CONTINENTIA INVICTISSIMOR·ROMANOR·ET·PRÆCIPVA·CAVSA INCREMĒTI·EIVS DE MONARCHIÆ



Italiam primus suis temporib⁹ sub Regib⁹ fuiſſe, tā notū est, quā quod potiſsimū. Primus in ea Ianus principatū tenuit, quē cū Annio Viterbien. Noem multi existimāt, à quo Ianiculū quid
ibi habitare cœperit, appellatur. 2 succeſsit Saturnus, qui e Grecia in Latiū filij Iouis arma fugiēs in eo incolas tunc in siluis degere, et gladib⁹ uesci solitos agriculturā docuit, ac domos
fabricari fecit, et uites cōserere. quoniā uero totū id tempus in eo latuit, Italia Latiū appellari cōsueuit, autore Virgilio; 3 secutus est Picus Saturni filius 4 Faunus 5 Latinus qui triēnia regnauit. unde et
in Latinos nomē abijt, et Latinor. correctio literar., quas Carmēta Nicostrata reperat. sub c Hercules Geriom. illū tricorporē interimisse fingitur, et Cacū callidū bou eius abactorē Tiberis accolā oppressisse, bouesq.
recepisse, ut idē Maro et Liu. mem.re Hac etiā tēpestate Troia capta est a Græcis, et Æneas pfugus in Italiā uenit, et Lauiniā Latini Regis filiā duxit uxorē. 6 post Latinū successit Ascanius Æneæ ex Creusa fil. qui
tādē hoc regno Nouercæ suæ relicto Albā logā quā cōdidit, regnū trāstulit quod ut ordine Italiæ Reges enumerē 7 Posthumus Sil.us frater eius sed nō germanus regnū accepit. 8 Æneas Sil.us 9 Alba. 10 Athis. 11 Capis
Capuæ cōditor. 12 Capetus Tiberinus, à quo Tib.us Romæ flu. antea dictus Albula quòd in eo obrutus fuerit, sortitus est nomē. 13 Agrippa Rem.us Auēt.us qui et nomē mōti illi indidit ob ipsius ibi obitū et sepul.tum 14 Procas
15 Amulius f. qā fratre maiore natu regno expulerit, et Rheam Sil.am frat. fil.am Vestæ ne hæredē reg. propriū daret cōsecrauit quæ tādē à Marte cōpressa Remū et Romulū geminos pepit, quā obrē Rhea à Patruo uincta, et Gemini
in flu. alueo expositi sūt, qui partī à Pico uolucri partī à lupa cetera tādē ab Acca Laurētia Fauſtoli Paſtoris cōiuge educati postea adulti patruū occiderūt. unde 16 Numitor in regnū succeſsit. At uero Romulus cū eſset Paſtor,
paſtor. moriū, quos spōte ibi ipse subiecerat, vrbē posuit Año post excidiū Troiæ CCCXXXIII regnāte Achaz Reg. Iudæ Ante Salutis An. CCCLII quā Romā, ut uidetur, Romulus suo de nomine appellauit, uictor ex auguriorū
tēporis ratione, ac suspitiose enter alia obseruato quod ipse 12 vultures, frater sex tātū uiderat. Legis tādē à se latę studio quā frater p contēptu uiolauit ipsū occidere nō dubitauit. Discribitur hic Roma in figura
quadrata eo modo, quo tum vrbē Romulus ædificandam inducto sulco circumdedit quæ Capitolinum et Palatinum colles includebat; ut uerior tenet opinio, quam sequitur Faunus cum omnibus fere Recentioribus.

Oriens
ANTIQVÆ VRBIS
Occidens
Septentrio
Meridies
Castrum Pretorium
Viuaria
Aqua Martia Tepula et Iulia
Porta Numentana
Porta Salaria
Porta Pinciana
Porta Lauicana
Aqua Claudia et Anio nouus
Via Collatina
Aqua Virgo
Horti Salustij
Circ. Salustij
Horti Pincij
Collis Ortulorum
Regio V. Exquilina cum colle Viminali
Ther. Olimpiadis
Ther. Diocletiane
Amphitheat. Castrense
Hipodromus Aureliani
Porta Coelimontana
Via Campana
Via Latina
Vallis Aegeria
Domus Lateranorum
Porta Latina
Porta Capena
Via Appia
Circ. Caracalle
Sepulch. Metelli
Porta et Via Flaminia
Regio IX. Circus Flaminius
Moles Aelij Adriani
Circ. Adriani
Amphit. Statilij
T. Pantheon
Ther. Agrippe
Theat. Marcelli
Theat. M. Pompei
Circ. Maximus
M. Palatinus
Regio XII. Piscina Publica
Regio XIII. Auentinus
Porta et uia Ardeatina
Porta Trigemina
Via Ostiensis
Sepulc. Cestij
Doliolum
Naumachia Iul. Car.
Therm. Aureliani
Regio XIIII. Transtiberim
M. Ianiculum
Porta Ianiculensis
Porta Portuensis
Horti Cesaris
TIBER FLV.
Pons Triumphalis
Via Triumphalis
M. Vaticanus
Circ. Neronis
Naumachia Neronis
Horti Domitij
Mau. Sempronij
1. T. Iouis Capitolinus
2. T. Vestæ
3. T. Pacis
4. T. Romæ
5. T. Faustinæ
6. T. Saturni
7. T. Iouis Statoris
8. Ar. Seueri Boarij
9. Settizoniū Seueri
10. Insula Tiberina olim Iouis Lycaonij
11. T. Fortunæ Viriles
12. T. Portumni
13. Meta Sudans
14. Arcus Domitiani
15. Arcus Gordiani
16. Ar. Marci et Veri
17. Ther. Alexandrine
18. The. Neroniane et Adri.
19. Forum et T. Mineruæ
20. Curia Hostila
21. Basilica Al. Seueri
22. Basilica Antonin.
23. Pons Ianiculus
24. Pons Palatinus
25. Basilica Augusta
26. T. Mars. Vltoris
27. Basilica Alx Seuen
28. Pal. Augusti

VERA·CAPITOLII·ET·ARCIS·ROMANÆ·TOPOGRAPHIA·EX·VETVSTEIS·MONVMENTEIS·DELINEATA



1. Templum Iouis Capitolini. 2. Bibliotheca Capitolina. 3. T. Iunonis Monetæ. 4 T. Iouis Custodis. 5. T. Fidei. 6 T. Termini. 7. T. Concordiæ 8. T. Iouis Tonantis. 9. Aſylum. 10. Curia Calabra. 11. T. Iouis Feretrij. 12. Aedes Mentis et Veneris Ericinæ. 13. T. Apollinis. 14. Senatulum. 15. Atrium Publicū. 16. Porticus Capitolinus. 17. Carcer Tullianus. 18. Ædes Libertatis. 19. Via Sacra usque in Arce. 20. Trophæa Marij. 21. T. Veſtæ. 22. Aliorū Deorū sacella. 23. Statuæ et Columnæ. 24. Intermontium duorum Quercetorum. 25. Centum gradus 26. Equus Max. Domitianus. 27. Arcus Septimij Seueri. 28 Arce Capitolinæ. 29. Saxum Tarpeium.

QVEMADMODV̄ MAGNATES ILLI ROMANI IMPERATORES DE ALIQVA PROVINCIA REGIONE POPVLISVE EXCISSIS ET DEBELLATIS AC DE REGIBVS VICTIS ET CAPTIS ROMÆ TRIVMPHARVNT TABVLIS ÆNEIS INCISA EX VETVSTISS. LAPIDV̄ NVMOR. ET LIBROR. MONVM. ACCVRATIS. INSPIC. DESC.

1. Congiarium populo Romano datum.
2. Templum Iouis Capitolini.
3. Camilli et Flaminij.
4. Ara
5. Consules
6. Lictores
7. Ministri turbā baculis submouētes.
8. Lictores
9. Magistratus
10. Senatores
11. Tubicines
12. Tabule eburneæ et areæ colossus signa captaq; orbiū mōtiū fluuior; et mariū simulacra
13. Aurū argentū aes cude et aliquot signi impressa.
14. Tabulæ signa aurea argētea ærea eburnea purpura coccus bissus uestes.
15. Coronæ militib' romanis et legionib' uirtutis ergo donatæ
16. Gentiū uictar; arma pharetræ frena enses
17. Galeæ scuta thoraces gladij signa
18. Pecunia
19. Vasa aurea et argentea
20. Tubicines
21. Hostiæ popae uictimarij
22. Camilli et Flaminij
23. Elephanti gentiū uictarum
24. Currus arma diademate coronæ regum aut ducū captarum
25. Reges captiui cū familia filijs filiab' que suis
26. Gentes bello capta
27. Coronæ a prouincijs Imperatori triumphanti donata
28. Lictores laureati
29. Thuris et arabū odorū suffimēta
30. Is qui uictis insultabat triumphan: te monebat.
31. et 33. Tubicines
32. Imperator triumphans
34. Suauiss. odorū suffimenta
35. Propinqui ducis triumphanti
36. Ministri et scutiferi
37. Legati tribuni exercitus duces
38. Legio
39. Centurias et manipulos des; tributos
40. Exercitus Populi Romani in legiones cohortes

Vt Pyrrus Ligorius tam diligens antiquitatis indagator, quā solers eiusdē delineator describit, Imperator exercituū ex consēsu S.P.Q.R. triumphaturus portaq; vrbis solēniter intraturus cū paratis spolijs omnibus atq; opibus ex Regnis Prouincijsq; subiugatis, cū captiuis principibus carrisq; auro, gemis, alijsq; spolijs onuſtissimis, ut in sequenti triūpho uberius uidedū erit in portæ ipsius ingressu solēne sacrificiū A. Ioui, B. Iunoni, C. et Marti sublime positis in portatili loco, pānis sericis, alijsq; diuitijs exornato fieri consueuerat. D. Ante aram ubi ad mactādā uictimā succensus erat ignis E. Imperator triumphans pro obtenta uictoria gratias Dijs agens sacrificiū offerebat, ingenuè uel potius inique confitēdo eorū beneficio tale accepisse uitoria. cū aute Imperator dignitate Pontificia nō gaudebat, templorū Pont. Max. coram illo F. cū sacerdotibꝰ assistentibꝰ ac uictimarijs rite litabat. In quo sacrificio G. taurus inauratis cornibꝰ, et capite fascijs ex bombicino hinc indeque pedentibꝰ inuoluto offerebatur. Dum fiebat cæremonia H. instrumēta tubæque audiebantur. I. præsenti centurionū et militū turba quorū capita lauri frondibꝰ redimita erant. L. Victimarius manu securim tenet uictima iā facturus, peracto sacrificio pulchro ordine, magnificoq; cū apparatu triumphator Roma ingrediebatur, uiaq; triumphali p Vrbē inuehebatur quæ et ipsius tēpla periſtromatis uelata erant, uiæ ramis stratæ uirentibꝰ omniū tempora lauro coronabatur, populus præ sūmo gaudio exultabat, atq; p plateas, uias, porticus et feneſtras ad hæc mira spectacula cōsuebat ut etiā in basilica L. Pauli Æmilia locus erit amplior hęc eadē copiosius demōstrādi. Nihilominus Romani eo tēpore ut a fidei noſtræ lumine alieni hæc faciebāt quodcuque sibi feliciter accidebat Dijs suis acceptū referētes. quod quidē Chriſtianorū sūmo, ueroque Deo debuisset, qui propterea eos undique triumphare fecerat, quod Ecclesiæ suæ caput in hoc orbis terræ capite conſtituere tenderet fueratque.

ALLOCVTIO IMPERATORIS TRIVMPHATIS AD VICTORĒ EXERCITV̄ ET PRÆMIOR SEV DONOR VELVTI PECVNIÆ CORONARV̄ ARMILLOR ASTAR VASORQ AVREOR DISTRIBVTIO



HIS·ALIISQ·PRÆMIIS·AD·EORVM·EXACVENDAM·VIRTVTEM·BELLICAM·MILITES·A·SVIS·DVCIBVS·DONABATVR ARMILLAS·SINISTRO·BRACHIO·INSERTAS·IVXTA·HVMEROS·GESTABAT·VT·IN·ANTIQVIS·STATVIS·VIDERE·EST.

*T. Liuius l. 4. dec. 1. teſtatur capta et prædæ data Terracina ſtatuiſſe senatū ut stipendiū miles Rom. de publico acciperet, cū ante id tempus suo quisque functus eo munere eſſet: nihil acceptū inquit idē
unquā a plebe tanto gaudio traditur fuitq igitur P. et Cn. Cornelijs Coſsis Fabio Ambuſto Valerio Potito tribunis militarib. licet repugnātib. trib. pleb. populo indictū tributū, et in militū stipendia et in alias Reip. expen
sas coepere Patres primū conferre, eos plebs omnis sequuta. stipendiū autem Varrone, Feſto, Plinio, et Vlpiano auctoribus dicitur a stipe idest ære quia nondū erat argentū signatū hi tribuni mil. consu:
lari poteſtate soluebant militib. de hoc tributo pub. sed præter æris stipendiū nō sufficeret nā in singulos ānos terna illis dabantur stipendia, triū ducator singula, ita ut stipendium annuū nouē eſſet ducator
C. Cæsar 4. addidit Equitibus tamen triplicabatur stipendiū, merebāt autē triplex inquit Liu. l. 7. d. 1. ea tempestate Præmia autē siue donaria ita diſtribuebantur, parta uictoria, Consul siue Imperator
ex edito loco pro concione aduocato strenuiſsimo quoque milite, eiusq publice primum collaudata uirtute præmia pro cuiusq merito diſtribuebat; hos corona uaria, seu armillis illos
haſta ueſteq donabat: Huius modi seu laudis seu præmij incitamentis mirum eſt quantum militum animos qui partim honore partim utilitate capiuntur, incitarent ad res deinde
præclariores bello gerendas; quibus cum accederet disciplina militaris exacta assiduus usus exercitatioq, otio et luxu longius ablegato, nil quoque mirum quod bellis uictorias
adæquarent triumpharentq de toto terrarum orbe nam Imperatores ut plurimum paucis contenti uictoria potiti prædam omnem militibus partiebantur Cuiusmodi fuere Cin:
cinatus qui cum quatuor agri iugera poſsideret eaq ipsemet coleret ex agro ad Dictaturam uocatus uictoria obtenta præda omni militibus dimiſsa, ad colendum agrū rediit,
Spurius Caruili Papirij collega prædam ex Hetruscis deuictis collectam militibus sparsitus est centenas asses in singulos. Paulus Æmilius 70. in Epiro Vrbibus cap:
tis quæ pro Perseo steterant prædam omnem exercitui contulit. Quid de Alexandro Seuero dicam qui fracto et in fugam uerso Artaxerse potentiſsimi Persarum Rege qui
700 Elephantis mille et 800 falcatis quadrigis et multis equorum millibus in certamen leuem descenderat opulentiſsima parta præda exercitum ditauit.
Neque tamen Duces Imperatorisq sua uirtutis laude caruere, nam præter publicos honores, occasiones, et triumphos ampliſsimos eis a Senatu decretos, statuis etiā,
et arcubus triumphalibus, perpetuisq honorum monumentis exornabantur.*



INSTRVMENTA·VARIA·ANTIQVI S ROMANOR·SACRIFICII·EX VETVSTIS MARMOR·COLLECTA

A. Numiſma Domitiani æreũ, quod in ludis ſecularib9 ſacrificiũ exprimit, cui cũctus pop. cũ Impe adeſſet genib9 cũ eo flexis Deos ſuos uenerabatur ut refert D. Guliel.us Choul Lugdu. in antiq Rom. relig.e c. 2 5 B. cum
Romani nihil prorſus ſine augurio faceret caueã pullariam ſacrificiũ portare cõſueuerãt qua z pulli Gallinacei incluſi erãt, ut ex eoz alacritate aut tarditate in mãducãdo fauſtũ uel infauſtũ diẽ illũ fore autumarẽt ad faciendũ,
uel omittẽdũ ſacrificiũ ideo auguradimunus tãti putabatur: ut nõ niſi ſenatores id abiret, cũ Deoz interpretes haberetur domo in ſtar tẽpli ſtructa utebãtur ubi Augurator ſedẽs uelato capite, ueſteq. promiſſa quę trabea ſiue
lęna dicebatur; manu tenebat lituũ, quo celi angulos deſignabat. C. Diſcus max.s qui inteſtina mactatiũ ſacrif.rũ animalis recipiebat; erãt et alij in forma paterę, qui et ſanguine ut ex Virgil. cõſtat. tepiduq. cruore ſuſcipiũt pateris. D. Acer
ra arcula thuris, alioq. ſuffimẽtorũ receptaculũ, quę taurũ carneue alia ſacrificij ſpargebãt ut nidore cõbuſtę carnis extingueret, ut idẽ Gulielmus exiſtimat. E. Solitaurilia uictima dicebatur pfectiss.a quę quinto quoque ãno a Cenſore fie
bat ad Romã expiãdã dicta à soli quod hetruſca lingua unde ritus et auguriũ Romana ſupſit ſupſtitio, integrũ ſignificat et taurile q.d taurũ nobilius animal, qui cũ ſcrofa, hirco et ariete mactabatur. F. Pila ubi aqua dicta Mercurij ſeruabatur
ſacerdoti pfuſi putabãt lenia ſe re poſſe crimina expiare. ut docet Virgil. et Macrob. inuit hoc carm. idẽ ter ſocios pura circũtulit unda, ſpargẽs rore leui, et ramo felicis oliuę. G. Ara ſacrificij. H. Vas uetus dictũ Preſericulũ aut urceolus, in quo m
num erat, q.d uſq. uictimæ caput ſacerdos effunderet. I. Geſtamen capitis albu qua Flamen dialis utebatur. K. Mytra, ſiue Cydaris quã ſumus Pont. qui oĩbus pręerat ſacerdotib9 geſtare cõſueuerat Põtificia dignitas olim etiã ſumo in
pretio habita cuius munus erat ritus, prodigia et funeralia curare celeſtia interpretari, ſacrificia Dijs aſsignare. L. Altare ubi fructuũ primitiæ ponebãtur. M. Candelabrũ N. Olla ubi carnes coquebatur, quæ ex ſacrificio ſupererãt quibus
ſacerd.tes cognati et amici acced. O. Malleus quo animãlia pcutiẽbat. P. Aſpergillũ ex lauro, uel oliua. Q. Ancilia ſcula quedã quę e celo lapſa fuiſſe credebãt. R. Securi. S. Seceſpita uetus cultru. T. Cultru. V. Pellis uictimæ X. Lituus hoc aug.



Pro uarijs et egregijs militū rebus in bello geſtis terra mariq. uarijs quoque uelufi præmijs coronis ab Imperatoribus donabantur quas hic expressimus Plin. l. 16. c. 4. ait Bacchū primum sibi
coronam ex hedera imposuisse, quod antiquitus nulla nisi Deo dabatur, postea uictimas quoque coronare consueuisse, et homines uarijs de causis. Quare Aulus Posthumius Dictator, ut idem re-
fert. l. 33. c. 2. apud lacum Regillum caſtris Latinorum expugnatis ei cuius maxime opera capta essent coronam auream ex preda dedit. Et exercitus Romanus a Quintio Cincinnato
Dictatore liberatus eundem corona aurea libra pondo donauit, ut teſtatur Liu. l. 3 dec. i. ut etiam P. Decius Tribunus militum uictis Samnitis quod exercitū Romanū ex angustijs uallis
conclusū et obsessū ab hoſte liberasset a Consule pro merito collaudatus et aurea corona donatus fuit ut est apud eundem Liuiū l. 7. d. 1. Papyrius quoque filius a Papyrio Cursore con-
sule patre ob rem egregie bello geſtam cū quatuor Centurionibus armillis et corona aurea fuit ornatus Scipio item Massinissæ regi laudata prius pro concione eius uirtute coronā aurea
dedit, cum alijs donis et Clælio alterā ut auctor est Liu. l. 10. d. 3. M. Agrippa a C. Octauio postea Augusto cum M. Lepidum nauali prælio apud Siciliam deuicisset coronam naualem accepit
cuius meminit Plin. l. 16. c. 4. et prius eo ut ibidem est M. Varro a Cneo Pompeo. De alijs coronis scribit Gellius aitq. coronā triumphalem Imperatoribus in triumpho dari solitam fuisse quō-
dam e lauro compactam, Obsidionalem e gramine: dabatur Obsessorum liberatori ut P. Decio apud Liu. l. 7. 1. d. Ciuica erat e quercu et et ex ilice, hac ciuis ciuem ab eo extremo
uitæ discrimine liberatus donabat. Hæc erat tantæ æſtimationis, ut ei teſte Plinio, cæteræ omnes et aureæ cederent, tanti erat ciuem seruare; hinc disce quæ debebatur Xpo
Dño qui tot Sanctorum ciues suæ uitæ discrimine seruauit: quæ quoque martyribus eius Muralis erat quæ dabatur qui primus hoſtium muros inuaserat quare cum Gothi-
fredum Ducem qui primus Hierosolymorū mænia ascenderat aurea corona uellent insignire, noluit in ea Vrbe ubi Xpus Dominus spinea fuit coronatus, neque etiam ille
egregius miles Chriſtianus de quo Tertullianus de corona militis Caſtrensis et Vallaris dabatur qui primus Caſtra uallumq. subierat, ut Naualis qui primus Naues
occupauerat. Erat hæc aurea, ut myrtea fuit Oualis, quā cingebatur is qui Ouans minor triumphi specie Vrbem inibat. Refert Plin. l. 15. c. 29. Papyrium Nasonem qui
primus in Monte Albano triumphauit de Corsis myrto coronatum, ludosq. circenses spectare solitum quod cæteris quoq. concedebatur ut coronati spectaculis cum honore
interessent, ysq. aſsurgeretur. et Poſtumium libertum in consulatu de Sabinis triumphantem primum omnium Ouantem Vrbem ingressum, quoniam rem leuiter sine
triumpho gesserat Myrto Veneris Victricis coronatū, hancq. postea Ouantiū fuisse coronam excepto inquit M. Crasso qui de fugitiuis et Spartaco laurea coronatus incessit,
et Massurio auctore, ait curru quoque triumphantes myrtea corona utos. Aulus Gellius scribit, et meminit eiusdem Plinius l. 7. c. 28. L. Sicinium Dentatū uic-
torem fuisse in 120 bellis et 45 cicatrices aduerso corpore recepisse. 34. spolia reportasse donatumq. fuisse 18 haſtis, 25 phaleris. 83 torquibus, 160 armillis, 26
coronis, 14 ciuicis 8 aureis, muralibus 3. et obsidionali una. Mitilene capta C. Cæsari donata fuit ciuica corona a Termo Pretore. Augusto Cæsari 13 Septemb. Ciceroni filio
Cos. donauit Senatus corona Obsidionale et Ciuica Aureliano etiam fuerunt a Valeriano donatæ Bizantij quatuor muralis quinque Vallares Nauales 2 et duæ Ciuicæ.

CAPITOLIVM



Capitolíū ita dictū, ut ait Varro, quod cū fundamēta eruerētur T. Iouis Capitolini ædificādo caput humanū integrū fuerit repertū quod portēderet Vrbē Romanā caput Orbis futurā ita Liu. l. 1. et Pli. l. 28. Arx Romanæ primum dicebatur, ut ante Mons Saturnius deinde M. Tarpeius, seu Rupes aut Saxū Tarpeiū a Tarpeia Virg. filia Sp. Tarpei qui arci præerat: hæc quod Sabinos in arcē accepisset, ab ipsis, quib⁹ eā prodiderat, armis obruta, ibiq. sepulta moti seu cliuo nomen dedit. Hic Collis alter post Palatinū urbi fuit inclusus Hic ubi nunc Araceli Templū omniū primū fuit ab ipso Romulo cōsecratū Ioui Feretrio quo Romulus uictor spolia retulit opima. Aliud deinde celeberum eidē Ioui designat Tarquinius Priscus quod bello Sabino uouerat, areamq. ei, ut ait Liu. occupat fundamētis; dictusq. Iupiter Capitolinus quod ei Capitoliū fuit cōsecratū pfecit hoc tēplū deinde Tarq.ui Supbus sēde a reg.no pulso, dedicauit M. Horatius Consul Poplicolæ collega qui eā dedicationē exoptauerat ut uult Plut. in eius uita sed cum cōflagrasset Mariana clade Sylla restituit eo autem ante dedicationē mortuo, dedicauit Catulus Catulo nomē inq. Plut. tēplo inscriptū est. Verū cū iterū Vitelliana seditione perijsset incēdio Vesp. tertiū restituit, qui ut ait Suetonius, ruderib⁹ purgādis manus primū admouit ac suo collo quædam extulit quod dicitur fecisse Constātinus Magnus pro sua eximia pietate in collocādis fundamētis D. Petri T.° cui Iouis merito cessit, nā duodecim cophinos in honorē 12 Apost. eruta terra plenos dicitur ipse quoq. extulisse, cu p.° arrepto ligone terram effodisset Verū cum iterū sub morte Vesp.ni cōflagrasset Domitianus eius fil.us ut idē ait Suet. restituit ea mag.ne ac splēdore ut quēadmodū refert Plut. ubi sup. duodenis talentorū milib⁹. eoq. āplius æstimaretur, et ferut inquit idē Tarquiniū impēdisse in fundamēta tēpli libr. argēti 40. milliauec ad inārādu solū dictis. hōis opes suffecisset adiunxit Domit.us idē T. Iouis Custodis Huc ad T. Iouis Cap.ni ascendebāt triūphātes Ioui eidē sacrificaturi, aditu p Velabrū, qui uidetur fuisse præcipuus, plurimi alij erāt ascēsus descēsusq. e Capitolio, max.e in forū Romanū p arcū Septimij Narrat Liu. præter portētū humani capitis in fundam.tis inuētū illud etiam accessisse quod cū cetera fana exaugurarētur ad Iouis T. ædificādū, Termini nō fuisse exauguratū idq. portēdisse Terminū Imp.ij futurū ppetuū quod quidē Deus opt. Max nūc a proud.tia uidetur ita disposuisse futurū aliquādo eius imperij spirituale perpetuum



Pantheon, ut nomē indicat, in cultū Deoꝝ omniū fuit constructū a M. Agrippa Aug. genero, ita inscriptio indicat, et Plinius lib. 36. c. 15 fuit ab eodē Ioui Vltori et Dijs omnibus dedicatū: ædificiorum Romæ præser:
tim templorum facile pulcherrimum, opere corinthio, forma rotunda, et ideo ita vulgo appellata, forsasse ut cæli seu mundi figura imitaretur; columnis circū amplissimū concameratū fastigiū seu tholum fulcie:
tibus, quod ne ipsomet suo pondere ruat, fuit circūquaque quadratis locis excauatū. Propterea autem uidetur optimi templi structura exprimere quod muro continuo 30 palm. lat. circum:
ducatur, unica tantum ianua, unico quoque foramine in suprema arcuata culmine lumen admittit undequaque æqualiter circumfusū, cui in pauimento ex marmore opponuntur concauitates seu spira:
cula ad aquam pluuiā absorbendā. Altitudo eius tanta est quanta latitudo 144. pedū in circuitu, in suis quæq; loculamentis seu sacellis dispositæ erant Deoꝝ Dearumq; statuæ pulcherrimæ
inter quas fuit egregiū Veneris simulachrū ex ebore a Phidia confectū in cuius auribus unio ille Cleopatræ Reginæ in conuiuio superstes, et Actiaca uictoria Romam delatus ab Augusto colloca:
tus est. Habet loca uestibuli porticū amplā 16. olim nunc 13. columnaꝝ, sustinet trabes ex ære inaurato, duæ ex his columnæ periere incendio, tertia fuit ablata. Descenditur nunc p aliquot gra:
dus cū olim p septē ascenderetur. Instaurauit ex Spartiano Adrianus, Septimius quoque Seuerus et Aurelianus ut in inscriptione ibidē cernitur. At uero Bonifacius 4 S.mus Pontifex
expiatū ut olim in honorē Iouis oīum Deoꝝ, sic in honorē et cultū B. Mariæ Virg. et oīum Sanctaꝝ Virg. et oīum Sanctoꝝ Imp. Phoca consecrauit.

TEMPLVM·IANI·QVADRIFRONTI IN·FORO·BOARIO·



Ianum de quo in Ianiculo mentionē aliquā fecimus, templū in foro habuiſſe boario nemini dubiū eſſe poteſt, præcipuū quidē, et maximū, cū ipsius quadrifrōte ſimulacro, quē in locū teſtatur Andreas Ful.ius à Numa traslatum fuiſſe Romā, qd captis Phalerijs ciuitate Tusciæ inuentū fuerat in magna ueneratione habitū; de quo sic Ouidius memorat Qui Puteal, Ianuq, timet, celereſq, calendas naq, ad forū attingebat puteal hoc quod in mercatorū sedē Libonius extruxerat. idē etiā inuit lib. i faſt. cū sint tot Iani cur stat sacratus in uno hic ubi iuncta foris tēpla duob.us habes. quin etiā nris ibi tēporib.us uestigiū apparet, qd ad porticus accedit effigie ut bene B. Gamucius in sua urbis antiq.tē descrip.it quā si magna ex parte collapsā, dirutaq uidemus, ac omni prorsus ornamēto deſtituta, et circucirca loculis in pariete e cauatis qui columnulis Ionicis (ut ex una quæ extat uidere eſt) fulciri ac decorari uidebatur nihilominus ex eo tēplū Iano dicatū inſtar porticus in quatuor diuisæ facies Antiquarij fuiſſe conſedūt, qd et Auguſti numisma cōfirmat ubi simile templū quadratū cū Iano quadriformi desup eminēte expri: mitur. Obseruādū eſt autē Ianū eundē bifrōte à Numa antea ex ære cōflatū, cū à Romulo ex ligno factū accepiſſet ut significarēt autore Macrobio Ianū Rege prudētiss. extitiſſe, qui præterita cōsiderabat, futuriſq cōsu: lebat poſtea u. quā apud Phalerias ut oſtēsū fuit ipse Numa quadriformē inuenit Romaq fecit asportari, deinceps relig.ius coli cœpit p oēsq urbis regio.es diuersa ex materia fieri cōsueuit qdruplici eo uultu innuere uolentes uel Ianum in 4.or terræ orbis angulos dominatū fuiſſe, ut opposite sese iactās Adria: suis in numism.is demōſtrauit, uel initiū āni facere, cuius et p.i mesis a sese nomē accepit, qui quidē ānus 4.or in tēpora diſtrib.r 12. uero loculi qui in pariete cōcione fabricati erāt: 12. mēses, aut totidē Zodiaci signa declarābātur Gāmuccius A. Fului: ta dē Berosus affirmat Ianū Deū dictū fuiſſe pacis poſtquā Romulus et Tatius pcusso inter se foedere coiuncti sūma in concordia et trāquillitate uixerūt, atq ex eo tēpore belli pacisq Hieroglificū p̄buit. nā pacē obseratis forib.9 patefactis uero bella uel quas rupta eſſe pacē p̄tēdebat quoties u.o ab urbe condita usq ad imperiū Octauiani Iani fores aperte fuerūt.



Templũ Deæ Veſtæ fuit a Numa Popilio II. Romanoꝝ Rege (ut eiusdẽ sacra instituta) ædificatũ forma sphærica, ut ex numismatib' Vesp.ni et Faustinæ cõstat, et hic describitur: cingebatur aute 18 columnis. In ipso T.lo extabat Vestæ simulachrũ cui Virgines e præcipua nobilitate consecrabatur, sed nõ ante sextũ nec post decimum admittebatur ætatis annũ, ad trigesimũ Virginitatẽ seruabat, quo expleto nubere ipsis ex lege permissũ primis decẽ ãnis instruebantur cæremonijs et sacrificijs alijs decẽ ipsæmet ea faciebãt, reliquis postea decẽ ipsæ iuniores instituebãt, ut ex numis eiusdẽ Faustinæ liquet ubi iuniores cũ prouectiorib' Deæ assistunt. Quæ uero omnibus præerat Maxima dicebatur, ut apud nos Abbatissa quæ Monialib' præest. Constat hoc ex Epitaphio Flauiæ V.V. quod ita habet Flauiæ Manliæ V.V. Max. cuius egregiã Sanctimoniã et uenerabilẽ morum disciplinã, in Deos quoque peruigilẽ administratione Senatus laudando cõprobauit, Aemilius frater et Rufinus frater et Flauij Siluanus et Hireneus sororis filij a militijs ob eximiã erga se pietatẽ præstantiamq. Harum Virginũ munus præcipuũ erat ignem sacrũ perpetuo fouere et tueri: ne extingueretur si quando (quod erat maximũ portentum) alicuius negligentia extingueretur, ea a Pontifice Maximo castigabatur. sic L. iuius narrat quandam flagris propterea cæsam quod sacrum ignem negligenter habuisset. Et ut illesæ erant omnibus uenerationi sic læsa stupro uiuæ defodiebantur. quædam iniuste accusata uiolatæ uirginitatis ad comprobandam innocentiam nauim zonæ qua præcingebatur alligatam attraxit, altera cribro aquam tulit in sendium. Numa stipendium eis e publico statuit ut ait Liu. l. 1. plurimaq, ipsis bona præterea legabantur, quibus se splendide et egetes familias complures sustentabant. Romanos sæpe bello ciuili dissidentes reuocarunt ad cõcordiã. Perseuerarũt ad Theodosij Imp. Xpiani tempora quieq; reditus plurimũ imminuit quod diceret non decere (ut consueuerant) currũ uehi ad pub.ca circi et amphitheatrẽ spectacula.



Circus Maximus inter Palatinū et Auentinū longus dimidiū fere miliare, latus octauā mil. parte. Erat locus ludis Circen. equestrib. uenationib. alijsq. spectaculis destinatus iā ab ipso Romulo, à quo primū Circen. instituti ob raptas Sabinen. feminas. Tarquinius priscus a Romulo designatū pfecit ædificiū. C. Cæsar amplificauit, adornauit Augustus, translatis eo ex Aegypto obeliscis duob; uetustate quibusdā in locis collapsū et dirutū restituit et ampliauit Traianus. Eliogabal. deinde egregie strauit pauimentū crisocolla, columnisq. exornauit, adeo ut populus eo cōsueret haud minus ad spectandū ædificiū quā ad spectacula quæ ibi ędebantur. Hodie nō nisi pauca uisutur huius Circi uestigia, tribus eni porticib. ad modū theatri ita distinxerat. C. Cæsar, ut Senatores ab equitib. equites separati a Populo ita spectaret suis quique sedib. ut alter alteri uisū nō eriperet. Idē quoq. Dictator eo deduxit aquā Appiā, et Crabrā, itaut in Stagno seu lacu amplis. naualī etiā prælio decertarent. a re nomen etiā Naumachiæ obtinuit. Erat in eodē Circo templū Neptuni, obeliscos autē ibi ab Augusto collocatos licet desfractos in partes Sixtus V. e terra defossos, et compositos, alterū ad S. Ioannē Lateranen. longū ped. 112. alterū ad S. Maria de populo longū ped. 88 collocari iussit.

Admirandū Portū Romanū Claudius Imperator construxit, quà de re Suetonius in eius uita: Portū Ostiæ extruxit circunducto dextra sinistraq; brachio, et ad introitū profūdo iā solo mole obiecta, quā quo stabilius fundaret nauē ante demersit qua magnus obeliscus ex Ægypto fuerat aduectus, cōgestisq; pilis supposuit altissimā turrim in exēplū Alexādrini Phari, ut ad nocturnos ignes cursū nauigia dirigeret: Traianus deinde eundē portū instaurauit. A Portu Urbs proxima Portuen. dicta. Hic Tyberis facit paruā insulā quā riuo ex se deducto circūdat in fluitq; in mare trāsiēs iuxta Ostiā Tyberinā Insula est satis paludosa et a Procopio belli Gothici lib. 1. dicitur insula sacra inter illā et oppidū ad huc uisuntur uestigia ingētiū ædificior; et inter stirpes et cespites plurima reperiuntur lapidū ac marmorū fragmenta defossa, quos olim lapides mercatores eo mari deuexerunt aliquot etiā cernuntur iam parati ad statuas, ut deinde factas Romā asportaret. Verū fracta Romanor; potentia ibi remansere. Neque solū portus hic fuit admirabilis ob eius magnitudinē, et quod esset statio fidissima nauibꝰ, sed ob splendorē ædificior; quæ inibi adusum ipsius portus et merciū extruxerāt erat enim horrea et cellæ et Palatia ad excipiēdos aduenas, legatos Pricipesq; uiros qui Romā ad obsequiū Romanis præstādū appellabāt. et hic in apposita eius delineat.ne diligēter expressa offertur nobis spectāda eius mag.tia quā Pyrrus Ligorius ex antiquis monumētis numismatibꝰ alijsq; locis et auctoribꝰ excerpsit. Adhuc portū cōfluebant undiq; Romā mari, ex uarijs scilicet orbis terrar; partibꝰ.

BASILICA L·PAVLLI·EMILII



Fuit hæc Basilica Pauli Emilij in medio fori Romani inter templũ nunc S. Adriani et Faustinæ iam S. Laurentij De hac ita scribit Plinius lib. 36. c. 15. nonne inter magnifica Basilicã Pauli columnis e phrigibus mi:
rabilem Plutarchus ait eum expendisse in hanc basilicã 900000 aureos quã pecuniã cum esset cũ Marcello Consul a Cæsare acceperat. Paulus Æmilius hic bis fuit consul, bis quoque triumphauit
Triumphi autem eius agmen quo triumphans ingressus est Romam fuit huiusmodi. Inprimis Vrbis uiarũ quibus erat transiturus, erant utrinque parietes domuum instructæ et ornatæ
tapetis aulæis et eximijs peristromatis Templa aperta præferebant in facie serta ramosq; arborũ uarie innexos ad lætitiã compositos Præibant agmen ad dimouendũ populũ pleri:
mi suis quique baculis ne impedimento essent triumpho qui tribus diebus fuit continuatus P.ª uix sufficit conuehendis quadrigis bigis caruicisq; simulachris tabulisq, pictis: Altera per:
uehebãtur carris curribusq, Macedonũ arma auro metalloq, cælata admodũ fulgẽtia nimirũ clipei, galeæ, toraces aliaq, arma Tracica his succedebant 3000 hominũ pecuniã argẽteã in uasis 750 ferentia
et singula uasa terna capiebant talenta et 4. hões singula ferebãt uasa reliqui portabãt argẽtea itẽ uasa scyphos uidelicet urceos atq, amphoras egregia cælatura 3.ª die summo mane prosequebãtur Tibicines tubis tibijs aliisq, instrumẽtis
bellicis Post hos ducebantur boues 120 inauratis cornib⁹ linteis sertisq, instructi ad sacrificiũ quos pone sequebãtur adolescẽtes puellisq, ferẽtes aureos scyphos, ad sacrificij eiusdẽ usũ et alij numisma aureũ uasis 77. Hos iuues:
tigia legebat unus pateram uel urceũ aureũ ferẽs 10 talentorũ ualoris quẽ Paulus Æmi. plurimis gẽmis unionibusq, ornadũ curauerat. Adferebãtur uasa quoq, aurea Antigoni, Seleuci, ac Persei cuius statim currus insequebatur cũ diademate ipsi
Persei armis impositis; mox aderat sequẽtis huius infelicis Regis filij ex eius familia quos ipsemet sequebatur lugubri indumento, eũq, comitabãtur retro oẽs eius familiares et domestici moestiss.mi suũ Regẽ cũ luctu lacrimisq, spectãtes sequebã:
tur hos deinde 400 aureas coronas ferẽtes P. Æmilio triumphãti a uarijs Vrbib⁹ dono trãsmissas Ipsemet Imp. postremo sequebatur in curru triũphali purpureã indutus ueste auro gẽmisq, intexta, lauri ramũ dextera præferẽs Post Imperatorẽ ibant eius
milites laureati cum suis centurionibus, Tribunis et legatis Tantum hic consul Reipub. profuit ut ab eo ad consulatum Hircij et Pansæ non fuerit amplius necesse contribuere ob ingentem pecuniam quam in ærarium intulit. Lege Plutar. in uita.



Circus Flaminius dicebatur quod esset in campo Flaminio, erat usui uarijs ludis, festisq; uenationibus taurorum, leonum, tigrium, elephantum etiam, nonnunquam cursui quoque quadrigarum quæ a pernicisſimus equis agebantur. Varia item complectebatur Circus iste ut hic cernere est loca in circuitu accõmodata ad spectandum fori appellati: quare cum esset commodus et Capitolio proximus Senatus eo cogebatur interdum ad aliquid de Repub.ca decernendum. erat præterea in eodem plurima templa Vulcani uidelicet Neptuni, et Herculis custodij et aliud comune Musis ædificatũ a Fuluio Nobiliore qui ex Ambracia Nouem Musarum simulacra retulerat. Ait Plinius l. 36. c. 5. in eodem Circo fuiſse plurimas et egregias statuas a Scopa eximio sculptore factas una cum Martis Colosso et simulachro Veneris. In templo Neptuni erat hæc inscriptio ABASCANTO AVG. LIB. ÆDITVO. ÆDES. NEPTVNI QVÆ. EST. IN. CIRCO. FLAMINIO. FLAVIVS. ASCANIVS. ET. PALLANS. CÆS. N. SEP. ADIVTOR. A. RATIONIB. PATRI. PIISSIMO. FEC.

ARMILVSTRVM IN *Monte Auentino*



Armiluſtrū ſeu Armiluſtriū dicitur fuiſſe in Auētino prope templū S. Alexij ubi armati rem diuinam faciebāt ſacrificātesq, canebāt tibijs et ludos quosdam inibant ad arma ſpectantes. Ex Plutarc. habemus fuiſſe in Auentino, nā ait a Romulo fuiſſe ſepultū Tatium Sabinorū Regem in Armiluſtro in Auentino et ſuperioribus annis in proximis uineis repertū fuit marmor cum hac inſcriptione SACRVM MAG VICI ARMILVSTRI. *Locus item in quo huiusmodi ludi inſtituebantur et fiebant Armiluſtrū dicebatur Varro tamen non ab armis ſed ab ambitu luſtri armiluſtrū dictū exiſtimat quod ibi circū metas fertur pompa et equi currunt Armiluſtrū inquit Varro l. 5. de Ver. or. ad Cic. ab eo dicitur quod in Armiluſtri armati ſacra faciunt niſi locus potius ductus ab his ſed quod de his prius id ab luendo ſeu luſtro quod circuibant ludentes ancylibus armati cū Varro conuenit Sextus Pomp. l. 1. de uet. uerb. ſig. Verū quod idē Varro ait lib 4. nō exiſtimo uerū nimirū fuiſſe eundē Armiluſtrū cū Circo maximo. Exiſtimo ig. fuiſſe locū ubi et arma et armati luſtrarētur, Arma quidē ut eſſet idē quod armamentariū armati ut ad bellū proceſſuri ibi primū armati obirēt locū et ab Imperatorib' luſtrarētur quib' armis, et quā armatorū ſpecie eſſent inſignes aptēne an inepti eſſent ad arma et ad bellū, ibiq. p.um antequā armati cōtra hoſtes prodirēt ſacra Dijs facerēt quo bellū feliciter mireūr quod nūc a Xpianis uiris felicius fit cū Deo prælia inituri ſeipſos precibus ſacrificijsq. commendant.*



Ianiculus mons septē Romæ montiū uetuſtate, et antiquo Romanoꝝ cultu celeberrimus per Tranſtiberinā regionē protenditur, propterea hoc nomine appellatus, quòd ibi Ianus habitauerit ac moriēs sepeliri fecerit Ianus in qua ille Noemus a nonnullis habitus, qui ex diluuio ſuperſtes cū liberos, et nepotes ad implendū orbē diuideret, ipsē Italia cō in loco incolendā sibi proposuit. Nec tamen deſunt ſcriptores ut Faunus, et Marlianus ac cæteri, qui referant eundē Ianiculū fuisse dictū, quod ex eo Romani primū iter in Hetruria fecerint. si namq. Cicero, et Macrobius cōsulantur Eanus ideſt Ianus corrupto uocabulo ab eundo, siue transeundo dicitur. Hinc Ianus ab ineunte ſeculo aureo, teſte Andrea Fuluio, læuū latus Tyberis in Hetruria tenuit, cū dextrū Saturnus habuisset, uinū et far eos populos tum temporis agreſtes conserere docuit. Vestam habuit uxorē, quæ uirgines in unum congregauit, quarū studio et cuſtodia sempiternū suū ignē conseruaret, quibus et Ianus ualuas, seras et claues inuenit, ideoq. in posterū ianuæ ab eo dictæ. quod quidē ostendunt hodie nonullæ illius imagines dum Ianū manu una uirgā et altera clauim tenere conspici: mus. quā obrem, et ob ipsius egregias uirtutes facile gentē illā opinione sui aliqua imbuere potuit, ut post mortē loco numinis coleretur et multis ibi, alibiq. altarib. adorari consueuerit, quem admodū in eodē Ianiculo cir: cum Mammeæ sacellū 12. Iana altaria erecta sunt ut Pyrrus Ligorius in sua urbe demōstrauit forte ob numerū 12. mensiū ex quibus annus solaris efficitur, cuius caput et initiū ipse Ianus habebatur, et ideo gemina an: te et retro facie a præterito et futuro quæ uidet quandoq. quadriformi a 4.or anni temporib. exprimitur. cæterū pro isto Mameæ sacello ac 12. clauigeri Iani altarib. antiquoꝝ superſtitione celebratis, hodie ibi Xpiana relig.e monast. PP Fratrū Frāciscani ord. uisitur, et templū S.mo Petro cæleſti clauigero erectū pariter cū sacello ei de cōsecrato in monte illo aureo uere aureo, ubi ipse Princeps Apoſtoloꝝ gloriosū pro Christo Dño martyrium consumauit.



Campus Martius ita dictus, quod pulsis Tarquinijs quor erat Marti fuerit dicatus Erat olim extra Vrbis mœnia quæ a ponte senatorio ad montē Quirinalē ducta hanc modo maxima Vrbis partē excludebat. Erat am: plis. et ad pōte usque Miluiū excurrebat Locus erat ut eum Strabo describit aliōqui amœniss.us quod uiridātibus herbis floribusq, fere perpetuo conuestiretur, collisq. leniter accliuis ad fluminis alueū expatiātes ita alliciebat omnes, ut uix ullū nisi inuitū dimitteret. Hic nōnunquā fiebāt comitia ad deligendos magistratus, sed præcipue quod Marti esset cōsecratus ad cōscribēdos milites, quod nō uideretur urbis paci conuenire milites intra eam deligere. sed præsertim locus erat aptiss.us exercēdis corporib' iuuentutis, maxime ludicris uarijs spectaculis, palestris, ludis, concertationib' seu certaminib' in specie belli tā equestrib' et pedestrib' quā naualib', quod lacus inibi ampliss.mi effoderentur ad classica huiusmodi prælia. A Cæsaris deinde et Augusti ætate coepit locus frequentari, ædificijs ligneis primū deinde lapideis Augustus enim hic suum Mausoleū sibi suisq, ædificauit, ut etiā plurima postea cōstructa fuere monumēta illustriū uirorq ac feminar, Domitianus hic in Valle Martia sub colle hortulorū suum extruxit Naumachiū. Circi quoque theatra et amphitheatra et statuæ quā plurimæ hic fuere positæ præter eas quas huc e Capitolio ob loci ibi angustiā transtulit Cæsar. Pantheon quoque in adiacenti campo adiūxit Agrippa cū Thermis Præterea hortis ac nemoribus ita erat consitus, ut ad summam amœnitatē et splendorē nihil fere desiderares. Inter cætera admirāda erat obeliscus ab Augusto ex Aegypto hieroglyphicis insignis 110. ped. altus qui proiecta umbra horas indicabat, litteris ex metallo inaurato ductis in pauimēto, quadris lapidib' strato additis 4. uētis in unoquoque angulo his verbis Boreas spirat et c. Repertus fuit tēpore Sixti V. alto defossus inter T. S. Laurentij in Lucina et Pal. Ducis Comitū obstitit aliquid quō minus erueretur ut reliqui quos Pōtifex conquiri iussit in uius eius latere legebatur hæc inscrip.e Imp. Cæs D. Aug. P. M. Imp. XII. Cos. XI Trib. et

INSVLA TIBERINA OLIM IOVIS LICAONII HODIE INSVLA S · BARTHOLOMÆI



Inſula Tiberina fertur primũ facta, ut ait Liuius lib. 2. ex segete farris quã deſectũ cũ ſtramento ex agro Tarquinior, Romani in eorundẽ ſceleris poenam fudere in Tiberim nã cũ fluuius magnis caloribꝰ leni ut ſolet, flueret aqua, facile ſegetis aceruí corbibus imiſſi, limo illiti uadis hærentes fecere inſulã, ex alijs etiã quæ flumen temere fert eodẽ inuectis poſtea, credo inquit Liuius additas moles, manuq; adiutũ ut iam eminẽs area firmaq; templis ac porticibus eſſet. refert autẽ inſula formam nauis ſeu potius triremis, quod Æſculapius, qui hic colebatur Epidauro Romam naui fuerit aduectus nam cũ Vrbs trienniũ peſte laboraſſet, inſpectis libris Sibyllinis, decretũ ut mitterentur legati qui Æſculapiũ Epidauro Romam accerſerent, ut eſt apud eundẽ Liu. lib. 12. et Vrbi laboranti præſto eſſet. Narrat autẽ Valerius Max. l. 1. c. 8. Aeſculapium anguis ſpecie Legatos e templo eius egreſſos comitatũ, et alacriter, quod ad ſedẽ clariorẽ pergeret, in triremẽ cũ eis irrepſiſſe Romamq; aduectũ, e ripa Tiberis ubi deſcenderat, in Inſulã hanc, ubi templũ ei dedicatũ fuit, tranaſſe, aduentuq; ſuo peſtem ceſſaſſe mira ſane dæmonis artificio ad fallendos eos miſeros ſpecie ſerpentis, ut p.os nros parẽtes, nam ut Deus falſo crederetur ut aerẽ inficere ſic eundẽ potuit purgare. Adlatus Æſculapij templi ubi nunc templũ S. Ioãnis Collybitæ poſuere noſcomiũ, quod cũ Æſculapius Apollinis filius medicinæ repertor eſſet, iccirco Deus ægris præfectus crederetur, hic paucis ab hinc ãnis quod nõ ſine peculiari Dei prouidẽtia factũ natarunt plurimi xenodochiũ Xpianorũ fuit coſtructũ. ubi erat templũ Iouis Licaonij a quo inſula dicebatur Licaonia nũc extat templũ S. Bartholomei Apli. cuius corpus aſſeruatur et ab eodẽ nunc S. Bartholomæi inſula appellatur.

DE CVRIA HOSTILIA IN MONTE CAELIO VBI HODIE ÆDES SS·IO·ET PAVLI·



Liuius in Monte Cælio ubi nunc est ædes SS·Io: et Pauli collocat curiā quā dicit Tullum Hostiliū condidisse his uerbis. Tullus Rex in Cælio monte templū ordini ab se aucto Curiam fecit, quæ Hostilia usque ad Patrū nostrorū ætatem appellata. Curia seu senaculum dicitur, quod eo senes conueniebant, curas idest res humanas, siue sacras publice curaturi. cum uerò aliæ fuissent curiæ, in quibus res sacras gerebant: in hac Ostilia potissimum res profanas, seu humanas agere consueuerant Varro etiam hanc templū appellat, quia per Augures erat constituta, absq. quorum auguratione nullibi Senatus haberi poterat. unde aduertit non omne templum esse sanctū, quia non omnes ædes sacra erant templa. Curia augurato condita erat templum: ædes sacræ non augurato condita templa non dicebantur. unde colligitur curias templa esse sacra, et rursus sacra templa curias. quo nomine ædes Concordiæ quandoq. dicitur, in qua senatus, et orationes habebantur. ut uidere est apud Ciceronē Philip. 3. ne tamen curiosus lector confundatur, aduertat quod inter Basilicā Portiā et Curiā ueterem a Romulo ædificatam autore Sex. Pompeio ante Rostra iuxtaq. comitium est alia Curia ab eodem Hostilio structa et appellata eodē Varrone autore ut cōstitit ex titulo ibi in ruinis inuento huiusmodi. In Curia Hostilia quæ hodie respondet ad eam regionē ubi est templū SS·Cosmi et Damiani, olim Romulo et Remo item fratribus dicatum Fuit autē Tullus Ostilius Rex III a Romulo creatus ob diligēte operā quā aduersus Sabinos nauauerat. bellū Albanis indixit. Albā destruxit. Albanos etiā Romā trāsire iussit tandē à cælo fulminatus obijt.

DE ROMVLO, SIVE QVIRINO ROMÆ CONDITORE ET ILLIVS TEMPLO

In Monte Quirinali Hodie iuxta Ædem S. Vitalis ad Nouitiatu Patrum Societ. Iesu.



Romulus ſiue Quirinus Romæ primus regnauit, quā condidit. Hunc quidem incerto patre natū, et spuriū fuiſſe cum alijs placet auctoribus, tum maxime Plutarcho in Theseo. Quicquid teneat uetus opinio eum ex Marte et Ilia uirgine ueſtali Numitoris Albani Regis filia furtim fuiſſe genitū, atq. ideo ad profluente Tyberim expositū et à lupa fœta enutritum; tandem a Fauſtulo Regio paſtore deprehensu, et ab Acca Laurentia educatū usq. ad annos adolescentiæ, quibus Amulium postea obtruncauit, fratremq. Remum cū quo simul editus fuerat, ob gloriam inaugurandi domiciliū, interfecit. tandē uero post multos triumphos, quos ex Ceninensib' et Antemnatibus, de Camerinis, de Fidenatibus, et Veientibus egerat. ut ait Dionysius lib. II. Plutarchus et Liui. lib. I. referunt cū ad Capræ palude concione haberet subito coorta tempestate magno cū tonitru et fragore è concione illa euanuiſſe, nec deinde in terris Romulū fuisse. quamuis id Varroni comentitiū uideatur, qui aſſerit post Roſtra Romuli sepulchrū fuisse; quā sententia confirmat Horat. ode. 16. Tum uero cum Romani Regis desiderio oblanguescerent, Iulius Proculus ut eos animaret persuasit Romulū sibi auguſtiore forma in Quirinali colle apparuisse et ab eo accepisse se in cælū deuehi, populoq. nūquā defuturū. Idcirco in eo colle Romulus sub nomine Quirini adorare coepit in templo, quod illi consecrarut. cuius nominis etymologia Ouid. quadrifaria declarat in fastis. Verum est tamen quod Lactantius lib. I. de falsa relig. cap. 15. atteſtatur, eundē Proculū subornatū fuisse a Patrib. ut nunciaret plebi suæ, uidisse se regem humano habitu auguſtiore, eumq. mandaſſe ad populum ut sibi delubrum fieret, se Deum esse, et Quirinum uocari.

DE TEMPLO SATVRNI HODIE ECC.TA S·ADRIANI AD RADICES CAPITOLII



Infra eam partem montis poſt cliuum quæ rupes Tarpeia eſt dicta Saturni ædes fuit · cuius quidem conditor quis nã fuerit, diuisa est Autorũ sententia. nam Solinus meminit à Comitibus Herculis fuiſſe conditam · Varro à T. Tatio, Macrobius à Rege Tullo · in hac autẽ æde fuit ærarium omnium primũ inſtitutũ et tutrina: eiusq; ueſtigia extitiſſe suo tempore, testatur idẽ Varro. unde effectum est ut Recentiores nostri nunc eam in statera cognominent. nõ desunt tamen qui affirment M. Horat. Publicolã omnium primũ ædem Saturni ærarium declarasse templũ hoc intus mar: moribus uersicoloribus coopertũ erat deforis uero maltha, aliaq; materia abductũ. Respondet autem hic locus ei ubi quondã extitit sacellũ cũ turri S. Saluatoris cognomento in ærario, siue in ſtatera obiter tamen aduertẽdũ est ibidẽ hac nostra tempestate extare fornicẽ Septimij quamuis dirutũ et semiuſtũ hic autẽ fuit Seuerus Septimius omniũ suæ ætatis Romanoꝝ pulcherrimus ibi extat uictoria alata simul et trophea belliq; terrestria et naualia simulacra cũ sua inscriptione quę uidebis apud L. Faunũ in suis Vrbis Romæ antiquitatibꝰ. Pingitur Saturnus Cæli et Vestæ fuisse filius ut scribit Lactantius Opis frater et maritus, quæ Iouẽ ex eo peperit seruatum matris aſtutia a Patre, qui omnes liberos deuorabat. quam obrẽ fugatus à filio ex quarundã aliorum opinione ad infe: ros relegatus, quomũdam aliorũ uero apud Latiũ delituisse, unde Latiũ ea pars Italiæ dicta fuit perperã facit qui eum uult ab inferis eripere, ut in Latio conſtituat. Etenim illius impietas nõ alium quã inferos locum uendicat · Saturno aſſignatur ærarium quia fingitur numos inuenisse.



Præter nōnulla templa Romæ Herculi sub uario cognomēto posita, quoꝝ unū erat in Auentino hodie apud S. Alexij æde, nō temerè ab antiquis christianis ibi constructā, quòd ibidē Hercules grecè ΑΛΕξικακος latine hominū defensor colebatur aliud: e regione ædis Quirini in monte Quirinali: tertiū in circo Flaminio dictū Herculis Musar; quia fingebatur comitatū camenis præstare nā alia ratione quā ut (autore Eumenio) significaretur musar; quietē uirtute ac brachio Herculis indigere et ideo parili cultu et sacrificio adorari oportere 4.^{m} in aditu eiusdem circi ubi templū nūc est S. Luciæ; præcipuū Scituq; dignum fuit templū illud quod sub uictoris cognomine ut refert Macrobius erectū ei fuit in foro boario; quamuis idem Macrobius alterū eiusdem appellationis tēplū agnoscat ad portā Trigeminā. cū in hoc foro præcipue canū, muscar;, et asylor; copia nō deesset ob animalia, quæ ibi uenalia exponebātur, nihilominus dicitur, nec canes neq; muscas eo ingredi ausos esse ad easdas ibi uictimas degustādas, uel ob Herculis clauā quę pro forib' tēpli erat, cuius olfactu canes refugiebāt, uel quia hoc idē impetrauerat Myagiro Deo muscar; qui cū Belzebuto coincidit qui princeps muscar; quoq; dicitur. Quā in re maximè se Dęmonē aperte demōstrauit nimirū cū Myagiro siue Belzebuto regnū diuisū habere, et se inuicē iuuari ut miseros mortales deciperent. statua huius T. ænea in Pont. Sixti 4. reperta cū hoc titulo D. Her. inuicto C. I. Pomponius P.S.V.C. uidetur in palatio cōseruatur; Fingitur Hercules Iouis et Alchmenæ filius. infans in cunis duos serpētes à Iunone immissos elisit manib'. uir multa mōstra supauit, quę in 12. eius laborib' cōtinētur quāuis unū et 30 nō æquos tamē Boccatius numeret. uxorem habuit Dienirā, furiatus tandē se in Oetha combussit.

DE TROPHEIS C·MARII HODIE IN CAPITOLIO

Hac fabrica tunc tropheis C·Mary decorata utebantur ueteres in receptacult aquæ Martiæ aut Iuliæ per Vrbem diſtribuendæ. ut hodie uidere eſt ex ueſtigijs quæ extant in regione Exquilina apud S·Euſebium.



Erant Romæ multis inlocis trophea quæ sunt; spolia hostib' adepta, Ioui ferè omnia tradita, et consecrata, quæ quidē inlocis eminentib' p ſtipites dependebāt. ut tradit Seruius. Inter hæc autē nobilissima illa fuerunt, quib' C. Marius poſt suos de Iugurtha, Cymbris, et Teutoni triumphos, decoratus eſt, quæ olim apud templū S. Euſebij semidiruta uidebātur et Cymbrica appellātur quæ à C. Cæsare poſtea inſtaurata fuerūt, cū a Sylla fuiſſent disiecta teſte Suetonio. ibidē in marmorib' uetuſtiſſimis ad huc apparent Galeæ et thoraces cū clipeis sculptæ nunc autem in capitolio hæc ipsa extant ante duos hincinde equos marmoreos fuit aute C. Marius Arpinas M.T. Cice. cōpatriota humili quidē loco natus sed ob belli peritia, animiq. magnitudinē præclariſſimus. septies consulatū gessit, multa P.R. prælia sūma cū gloria et laude pugnauit, de Cynbris atq. Teutonis triumphauit ut dictū eſt, et de Iugurtha, quē et duos eius filios in triumpho duxit, autor eſt Saluſtius, Plutarches, Florus et alij. quisi defuiſſent, satis esset eius modi epigrāma quod uidere eſt in lib. Epigra. antiquę urbis. C. Marius PR. TR. PL. Q. Augur TR. Mil. ex sorte Bellū cū Iugurtha Rege Numid. uel procos. gessit eum cœpit, et triūphans in Iouis ædē secundo cōsulatu ante currū suū duci iussit. III. consul abiens creatus eſt IIII. Teutonor. exercitū deleuit V. Consul Cibros fugauit ex leis et Teutonis iterū triūphauit. Remp. turbatā seditionib' et TR. PL. et prætor, qui armati Capitoliū occupauerāt VI. Cos. uindicauit post LXX. annū patria p arma ciuilia pulsus armis reſtitutus VII. Cos factus eſt. De manubijs Cimbricis et Teutonicis ædem Honori et Virtuti Victor Veſte triūphale calceis puniceis.

DOMVS · M · T · CICERONIS



Proxima Iouis Statoris templo ædes suas Ciceronē tenuiſſe manifeſte cōſtat nō solū ex recētioribus Marliano, et Andrea Fuluio antiquarijs, uerū etiā ex Gellio, et Plutarcho, atque ex eadē Cicerone
obseruatū est, nobiles et magnificas et ipsius loci confinio qua propter et Cicero gloriabūdus dixerat. in cōspectu totius Vrbis domus est mea, et pretij magnitudine, quo eas ut Gellius memorat a Lucio Cra
so emerat scilicet sextertijs uicies a Silla mutuis acceptis. et amœnitate piscinæ, qua se Crassus plurimū delectabat. Has tandē ædes incēdio perijse queritur ipse Tullius domus inquit ardebat in palatio nō for-
tuito sed oblato incēdio. ibiq Clodius libertatis tēplū cū porticu struxit. Altera etiam domus, quæ ei fuerat in ceramio a Clodio expugnata fuit ut ipse ad Atticū scribēs affirmat ad eamq expugnanda Clodium
P. Sillæ domū pro caſtris sibi sūpsisse M·T·C· Viduæ fœminæ cuiusdā diuitis creditur fuisse filius authore Plutarcho, sed incerto patre generatus unde quibusdā ansā prebuit autumandi ex aliquo uiro nobili a Tullio
descēdēti genitū. Principio propēsus fuit Musis, sed uidēs hac re se multis inferiorē studiū illud poſthabuit ut oratoriæ facultati se totū dederat qua oēs facile antecelluit grauissimā simultate cū P. Silla exercuit,
cuius cedere furori satius sibi esse putās Romæ exijt et Athenas se cōtulit, ibiq uersatus est tādiu dū ipse Silla interijt, et ab amicis reuocatus fuit. Pretoriā dignitate cōpetoribus multos preripuit, qua honeſtiss. gessit dein
de cōsul cū Antonio creatus suo consilio cōiuratione L. Catalinæ patefacta deleuit multis eius socijs alioquin uiris nobiliss. morte multatis officiosiss. erga amicos ac necessarios extitit, quos pub. te cōmendari, uel
defēdere singularis. nouit. Procōsule Ciliciæ prouincia cōtigit quā suma cū laude adminiſtrauit in bello ciuili Pompeianas partes secutus est relicto Cesare quo tandē uictore in ipsius gratiam redijt.



VILLA PVBLICA *ad Monte Iordanum*



Ad eam partem quæ attingit montẽ quem uulgo Iordanũ dicimus stetisse Villã publicã Antiquarij opinantur Erat autem Villa publica ut referunt Blondus, Marlianus et Faunus domus ampla in modum Curiæ ædifica^ta peculiare hostium Legatis hospitium, quia id intra urbem habere non poterant, unde de publico alebantur. quod quidẽ Liuius his uerbis attestatur. Macedones deducti extra Vrbẽ in Villam publicam, ibique ijs locus, et lautia præbita. Quod etiam extra urbem diuerterent facile uidebis apud eun; dem Liuium, qui Rhodiorum Legatos in Senatu conquerentes inducit multis uerbis, his tamen præcipuis et ad rem nostram facientibus. prope hostium more extra urbẽ manere iussi in hoc squalore uenimus in curiã Romanã Rhodij de eadẽ uilla publica meminit Cicero ad Atticũ et credimus cũ eisdẽ Antiquarijs Monticulũ illũ qui ibidẽ uidetur factũ fuisse ex ruinis uillæ publicæ et alior; ædificior; Hæc in re quidẽ Romanæ illius gentis ordinẽ et prudẽtia nõ possũ nõ admirari sumisque laudib⁹ celebrare: cũ ius à natura insitũ hostilib⁹ legatis nõ denegãs, imo indulgẽs Reipub. sic consulebãt ut ne quid ex aduersor; armis siue colloquijs detrimẽtũ acciperet non sic autem cũ amicis socijsq; se habebant; quorũ legatos intra urbẽ in gregostasi palatio quodam recipiebant de quo alibi mentio fiet.

TEMPLVM FORTVNÆ VIRILIS·NVNC S·MARIÆ ÆGYPTIACÆ·



Dicitur hoc templū fuisse illud idē quod hodie S. Mariæ Ægiptiacæ ad forū olim piscariū ad huc eius extat figura, et columnæ striatæ 12 opere Ionico: uidetur quadra fuisse figura, non rotūda, ut Basilicæ, qua propter dubitant nōnulli fuisse Fortunæuirili, quod potius ea rotundū templū desideret, neque potest fuisse Basilica Lucij et Caij, ut quidā uolunt, quæ adhuc fere integra restat in Esquilijs forma rotunda. alij uolunt fuisse potius Asylum seu Templū Misericordiæ, seu Pudicitię sed hi coniecturis tantū ducuntur. Habet porticū sex columnarū quā: uis non desint qui uolunt tantū esse porticum quæ superest ad usum nostrarum Ecclesiarū accomodatā quicquid sit, est opus licet rusticū egregie laboratum quod ex architrabe co: lumnis imposita constare potest in eius enim spatio uidemus boum capita inter frugum foliorumq, ramulos artificiose insculpta Narrat Valerius Maximus in templo Fortunæuirilis fuisse statuā ligneam inauratā Seruij Tulli et cum incendiū quod Romæ erat frequens reliqua omnia consumpsisset hanc mansisse illæsam quod accidisse existimabant quod Seruius Tullus fuerit a Vulcano fauillæ ignis forma conceptus eo tempore quo mater eius in domo Tarquinij Prisci ancillabatur. quod in Xpianorū plerumq, templis factum agnouimus id fieri apud gentiles opera dæmonis ad eos in suo errore continendos legimus.

DE·VENERE·GENITRICE·ET·DE EIVS·TEMPLO·IN·FORO·CÆSARIS.

Ad hortos poſt Templum SS. Coſmi et Damiani.



Hoc forum Cæſaris appellatur, quia Cæsar Aug. siue dictator poſt Pompeianã Victoriã illud à fundamẽtis extruxit. Ad quod extruendũ scribit Plin. solũ tantũ emiſſe mille ducentis sextertijs,
extructũ inſtituit, ut tradit Appianus, ad causas, iudiciaq; tractanda. quod quidẽ nec procul erat à Comitio, ut ex Plin. colligitur; nec etiã à templo Iani. Hodie reſpõdet ei loco, quo poſt SS. Coſmi et Da.
æde horti conſpiciuntur. In hoc foro prope uiã sacrã templum erexit Aug. Veneri genitrici, quod in Pharsalia uouerat: de quo meminit idẽ Appianus; et illud Iulio Cæs. dedicauit quod templum
tabulis, ut autor eſt Plin. sũmo pretio emptis exornauit: et pro illius forib⁹ simulacrũ equi sui posuit, qui neminẽ, quã se seſſore patiebatur; et priores pedes hõis similes habebat. fuit hoc forum
Romanũ ut modicũ ita pulcherrimũ modicũ, quia cũ ille partes boni principis ageret, nemini moleſtus nec iniurius esse uoluit, uicinas domos ciuiũ ad id operis occupando: Pulcherrimum ue-
ro fuit, quia multis erat statuis ornatiſſ.^m inter quas præcipua illa erat Veneris Genitricis loricatæ, opus Archesilai, quãuis præ studio dedicãdi nõ absolutũ. cuius corpus teſte Plin. lib. 36
unionibus, quos ex Anglia ipse portauerat, fecit aptari, et in medio foro collocari. Hæc tandẽ, quæ Venus Genitrix, siue Magna appellatur, gemini Amoris mater dicitur ab ouidio.
tribuitur et cingulũ, siue ceſtos ob legitimas nuptias: seruitus cupidinũ, cygnorũ et columbarũ, qui bini nuncisti nunc illi ipsius pertrahunt currũ, ut uidere licet ex numismatis, ex arboribus myrtũ,
ex floribus rosam sibi uendicat. Cytherea, Aphrodite, et Acidalia et c uel à loco, uel ab effectu dicitur; denique et genitrix, quia credebant naturæ prolẽ suppeditare. unde et Lucr. initio sui de re c. nat. li.
Eã inuocat, Æneadum genetrix diuũ diuũq. uoluptas. Sub eodẽ ergo nomine priuatã sibi genitricẽ Cæsar Tẽ. statuis et imaginib⁹ honorauit, ex qua per Iulũ Aeneæ filium genus suum ducere gloriabatur.

THERMÆ AVRELIANI IMP.
In Transtiberina Regione.



Inter celeberrimas thermas a uarijs Imperatorib⁹ extructas fuere hæ thermæ Aurelianæ quas Aurelianus Imp. egregio splendore ac magnificentia in Transtyberina regione construxit ut essent usui hyberno præsertim tempore, nam alioquin plurimæ erant ab alijs Imperatorib⁹ constitutæ quæ æstiuis caloribus seruiebant. Dicuntur, fuisse ubi nunc campus Iudæus ibi etiamnum nonnulla extant uestigia. Ambiebant autem Thermas porticus, exercendis etiã athletis qui hyeme infectis stadijs exercebantur. in his quoq; erant peristilia, et exedræ, disputationib⁹ philosophantium alijsq; litterarũ exercitationib⁹ accõmodata. nemora item in medio thermarũ et plataneta lauretaq; cum pratis, suis ambulationib⁹ ita iucunde ad amœnitatẽ erant distincta ut mirifice corpora animosq; se exercentiũ reficerent, in hęc prata sereno cœlo hyberno frigore ad sese exercendũ prodibant e xystis Præter has thermas idẽ Imperator ut ipsemet in quadam de se testatur epistola apud Dionẽ Cassiũ Tyberinas extruxit ripas, et uadũ aluei tumentis effodit, quod utinã imitarẽtur nostri, nã nõ tam frequẽter Tyberis in ripas tanto cũ Vrbis detrimẽto effluerет.



Ad collem Exquilinū intra Vrbis muros et collē fuere horti et amplißima domus seu potius Turris Mæcenatis ex qua turri quod inde ob eius altitudinem tota Roma facile conspiceretur
dicitur Nero Vrbis incendium à se maligne excitatū prospectasse, non tamen in Vrbem Antio ubi incendij tempore agebat, regressū ut ait Tacitus lib. 15 Annal. quam domui eius qua palatium et
Mæcenatis hortos continuauerat ignis propinquaret. Construxit autem Mæcenas has ædes non solum sibi sed excipiendis hospitibus Poetis præsertim quibus plurimum delectabatur,
iccirco Virgilio Poetarum Principi et Horatio ualde familiariter utebatur, eratq. ipse Poeseos non omnino ignarus. Exceptos uero huiusmodi hospites eruditos et Musis amicos adeo
splendide ac liberaliter habebat ut oēs deinceps principes uiri qui huiusmodi doctos uiros benigne .. excipiūt ab eo Mæcenates uocitentur. Erat turris hæc seu Domus Mæcenatis
admirabili structura dispertita quatuor ordinibus et planitiebus una super alteram in altum ad modum turris excrescentibus cuius fastigium desinebat in theatrum
unde patebat aspectus in hortos subiectos ad oēm amenitate et delitias consitos, et campos adiacentes, Vrbemq. totam, quæ facile inde quanta erat æstimari poterat.
Erat Mæcenas eques Romanus oriundus ex stirpe Regum Hetruscorū quod indicat Horatius Ode p.a Mæcenas atauis edite regibus et Velleus Paterculus qui addit eum licet
nobilissimus esset equestri ordine contentū ut eo liberius posset Poetarū aliorumq. curorum consuetudine frui. nam alioquin potuisset si uoluisset ad maximos euehi
magistratus quod Augusto Cæsari esset familiarissimus opibus tamen abundabat quas oēs in fouendos Poetas doctosq. uiros effundebat.



Templũ Iunonis Lucinæ fuit magnifice extructũ cũ porticu columnis ſuffulta, totũ intus marmore cõtectũ, hic erat simulachrũ Iunonis, quod Matronę Romanę sũma cũ ueneratione colebant, nã cũ nuptę parere non poſſent, huc ad eius opẽ implorandã confluebãt, et eo dementiæ adducebãtur ut terga saltẽ nudata humi proſtratæ Sacerdotũ Lupercaliũ uerberib' ex pellibus capraꝶ cõfectis subjcerent uerberanda, ut ita foecundæ redderentur; quod quidẽ dæmonis opera fiebat ut indicat Ouidius 2° faſtoꝶ (Agur erat: nomen longis intercidit . anis Nuper ab Etrusca uenerat exul humo. Ille caprũ mactat: iussæ sua terga puellæ Pellibus exectis percutienda dabãt. Luna resumebat decimo noua cornua mense: Virque pater subito, nuptaque mater erat. Gratia Lucinæ: dedit hæc tibi nomina lucus: Aut quia principium tu Dea lucis habes: Parce precor grauidis, facilis Lucina puellis; Maturũq; utero molliter aufer onus.) Hoc cernere licet in numismatibus Lucillæ in quibus ex una parte eſt Iuno sedens uiduæ habitu uerber præferens manibus his uerbis Iunoni Reginæ Obtinuit autẽ Lucinæ nomen uel à lucu quem habebat sub Monte Exquilio uel luce ut idem Ouidius indicat exiſtimo id nomen obtinuiſſe, quod partũ in lucem redderet parientibus enim præerat ut idem ibidem indicat, quo circa illa apud Terentiũ in Andria pariens Lucinæ opem implorat his uerbis Iuno lucina fer opẽ. Hoc modo stulta Gentilitas Noſtræ autẽ Xpianæ mulieres uel Dei matrem uel aliquem Sanctoꝶ, cui talis gratia a Deo concessa fuit. Templũ autẽ hoc Lucinæ dedicatũ eſt à Sixto PP. III· in honore S. Laurentij Martyris quod optime in diuinis officijs administratur et regitur à R.dis Patribus qui uocantur Clerici minores



Mauroleũ hoc Augustus sexto suo consulatu extruxit sibi, suisq; sepulchrum, inter uiam flaminiã, et Tiberim, imitatus in hoc Mausoleũ quod Arthemisia Regi Cariæ Mausolo coniugi suo exædificauit, quod erat unum ex septem Orbis miraculis; cuius meminit Martialis in Amphitheatrũ Cæsaris lib. 1. Epig. his uersib.⁹ Aere nec uacuo pendentia Mausolea. Laudibus immodicis cures in astra ferant. Erat autem hoc Augusti, ut ferunt, tantæ amplitudinis, ut illi non cederet quamuis eximia opera extructo: exædificatũ uero fuit ex pario candido lapide. aiunt fuisse altum ducentos quinquaginta cubitos, et in apice sustinuisse æneam Augusti statuam. statuit idem Augustus hic obeliscum ægyptijs notis rerum naturã indicante ex Aegypto a se transuectũ, qui gnomonis instar umbra sua indicabat horas ad motũ solis, strato ut inquit Plinius lib. 36. c. 10. lapide ad obelisci magnitudinẽ: addidisse præterea ferunt porticũ pedũ mille, hortos item, ac nemora uariæ amænitatis, et pulchritudinis, ita ut intuentiũ oculos tenerent, ac mirifice recrearent.

THERMÆ DIOCLETIANÆ ET MAXIMIANÆ INTER QVIRINALEM ET VIMINALEM



Thermæ Diocletiani sitæ sunt inter colles Viminalē et Quirinalē locus Altasemita dicta, has iam a ueteribus institutas, ut indicat lapis ibi repertus, amplificauit et perfecit Diocletianus cum Maximiano collega: qui deinde illas exornarint et dedicarint constat ex lapide inibi inuento ubi hæc inscriptio. CONSTĀTINVS ET MAXIMIANVS INVICTI AVGVSTI SEVERVS MAXIMIANVS CÆSARES THERMAS ORNARVNT ET ROMANIS SVIS DEDICAVERVNT. Construebantur autem ad tuendam ualetudinē, nam cū esset calidæ, hoc enim uocabulū græcū thermæ indicat, facile eas ingressi sudore manabant uel etiā aquis salubriorib⁹ reficiebātur seruatis in subterraneis locis, dolia seu castra appellabantur unde aqua deinde in plurimas partes dispertiebatur, addebantur thermis loca seu aulæ amplis.ᵃ porticusq, ingentes seu xisti cū exedris ad exercēda corpora animosq, Ædificiū sane ut ex uestigijs quæ adhuc extant apparet fuit Romana dignū magnificentia, indicantq columnæ prægrādes fornices siue arcus parietes admirabili ōia opere cōstructa. quare locus et merito quidē diuino cessit cultui accōmodatis uestigijs ad Amplis. templū S. Maria Angelor. ut alijs nup. ad S. Bernardi; merito inquā quod structura hęc multa cōstet Xpianor. sudore XL enī millia dicutur ab infestiss. Xpiano nomini Imp.ᵘˢ ædificia huic struē: de damnata seu addicta.

DE IVNONE REGINA ET EIVS TEMPLO IN AVENTINO

ad Scalas Gemonias — *hodie ibi Ædes S. Sabinæ*



Hoc Templū Camillus Dictator ex manubias, quæ spolia erant manuësia, parte, quas uictor ex Veietanis obtinuit, Iunoni reginæ ex uoto posuit. cuius simulacrū cū e Veijs in Vrbē inferre uellent Romanī, fabulantur et annuiſse, et uelle respondiſse militi cuidā siue per spiritu, siue per iocum illud interroganti; uis ne Romam ire Iuno? quod quidem nec uisum, nec etiam auditum miraculum conclamatum est à cæteris. exinde uerò in honore habita fuit ista Iunonis effigies, et cū ingenti pompa ac ueneratione in templum, quod ei Camillus erexerat, illata fuit, et ibi reposita. Hoc templum in Auentino erat cliuum ubi Gemoniæ scalæ illæ celebres fuerunt, ad quas sontes unco trahi, ac præcipitari solebant: de quibus Marcus Tullius Suetonius, et multi alij meminere. quæ quidem respondent in locum, ubi hodie S. Sabinæ templum flumini imminet. Matronas et Virgines statis temporibus alterutras sacra Iunoni facere Liuius accurate commemorat: numero 27. Virgines erant, quæ duo Iunonis Reginæ simulacra cupressina sequebantur in uestibus oblongis, carmen quoddam rude atq; ineptum, sed illi ætati fortasse non ingratum modulantes. et c. Iuno errore Gentilium Regina Deorum est habita; soror Iouis et coniux: regnis, opibusq; præſse, et puerperijs patrocinari credebatur, ut constat ex Virgilio, et Plauto. ei currus et arma Homero teste tribuuntur. quatuordecim ei Nymphæ ancillantur, ut scribit Virg. eadem Februæ, Cynthiæ, Lucinæ, Populoniæ, et Proserpinæ, et alijs obscuris nominibus ab effectu uocitatur. Pauo sub illius tutela continetur in cuius caudam Argum illum oculosum fuisse uersū fingit Ouidius.

BASILICA PORTIA



M. Portius Cato primus omniū basilicā condidit, ut recte Andreas Fuluius ex Plinio 2°. ānotauit. quā cum censoris munere fungeretur in foro sub curia a se ædificata extruendā curauit ex
ære publico, ac de suo nomine appellauit, in qua tribuni plebis ius dicere consueuerāt: cū autē hæc prima basilica fuerit, nō ab re erit, pauca hic de basilica usu et cōmoditate subtexere, quanuis suis in lo-
cis cū de alijs etiā ageremus de ea mentionē fecerimus. locus erat publicus ubi ad dirimendas lites negotiatores frequenter aderant, quod ex Vitruuio manifestè cōstat, dum de basilicis ædificādis uerba fa-
ciens, loca inquit adiuncta foris, quā calidissimis partibus oportet constitui, ut per hyemē sine molestia tempestatū se conferre in eas negotiatores possint. Fuit M. Cato autore Plinio Iuniore in lib. de uiris Illust.ri
genere Thusculanus quā optime de Republica meritus non solū ab animi fortitudinē maturitatē consilij, uitę integritatē, sed etiam pro uirga censoria quā semper in deprauatos mores inuectus est, nihil
ferens incorrectū quod Senatus Populisq Romani gloriā obscurare posset. unde et illud de eo tritū et uulgare dicitur, quod parentes filios educationis immemores supplicio excitaret, quo circa per antonomasiā
censoris nomine Catonē intelligimus, ipsumque nequam moribus exoptamus, tam parū diuitiar, cupidus et honorū. ut tribunatū militum in Sicilia nonnisi rogatus acciperet, quæsturā fortis.me
Præturamque iustissime gereret, nec quicquam in exercitu suo præcipui præter honorē, et imperium haberet. Prætor Sardiniā subegit. Consul Celtibros domuit, et ne rebellare possent plisq
eorum muros demoliri mandauit. Syriatico bello Tr. mil. sub M. Atilio Glabrione occupatis Thermopilar, iugis præsidiū hostiū depulit. fuit uestitu ciboq parcissimus, et oratoria facultate alter Demosthenes
appellatus ut scribit Plutarchus adeo ut et Galbā octogenarius accusauerit dictitare solebat ueram fœminæ nobilitatē in pudicitia consistere.

CASTRVM PRÆTORIVM

poſt Thermas Diocletianas ad Vrbis mœnia



Caſtrumprætoriū teste Suetonio locus erat celebratissimus à Tiberio Cæsare Prætorianis cohortibus quæ à cuſtodijs Imperatoris erant conſtitutus, ne uagarentur, ac per hoſpitia ut mos erat, diuerterentur. Scriptores qui antiquitati student, uariè dehuiusmodi situ opinātur, qui eum uia Appia nō procul ab æde S. Sebaſtiani collocāt: Qui in extrema Vrbis parte ex Plinio fuiſſe cōmemorāt, inter uias Nomentanā, et Tiburtinā, ut hodie ueſtigia urbis mœnib⁹ adiuncta in eo latere, quo Oriente respiciunt, ostendūtur. Scriptores 2.æ sententiæ, quorum inuentor, ac delineator diligēs est Pyrrhus Ligorius uerisimiliter, immo et efficacius probare contendūt, et ex ibidē ruinis, et ex fuga Neronis qui cū in fundū Phaontis liberti sui properaret iter faciens ꝑ uias salariā, et Nomentanā ex prætorio quod propè erat, Pretorianoꝝ clamorē cōtra se concitatū audiuit et expauit ut refert idē Suetonius. Huic equidē sententiæ ſponte subscribo, quia fundamētis innititur. erat hoc caſtrū ex laterib⁹ pulcherrimo opere reticulato cōſtructū. ubi mansiones eleganter depictæ erant et porticus columnis suffultæ cementitijs, maltha desuper sūmo cū artificio coopertis. Intus ædicula teste Herodiano in gratiā Cæsar, siue Auguſtoꝝ fabricata: ut ex tegulis ibi repertis uidere est cū hac inscriptione ex æde Auguſtoꝝ. ꝑ fiſtulas plūbeas aqua inhūc locū deducebatur ut scribit Capitolinus quas Pop. Rom.ꝰˢ in iurgio cū Prætorianis initō, quod ipsi loca et tēpla cōpilare uolebāt abscidit unde coacti Pretoriani pacē cū Populo cōfirmare coacti sūt. situs huius caſtri uineis hodie occupatur quāuis priscis tēporib⁹ ut idē Pyr. Ligorius teſtatur in suis paradoxis extitit tēplū a Xpianis extructū.

ANTIQVÆ·VRBIS·SPLENDOR·ET·EIVS·ADMIRANDA·ÆDIFICIA

SERENISSIMO·ATQ·INVICTISS.^MO CAROLO·EMANVELI·SABAVDIÆ·DVCI
CHABLASII·AVGVSTÆ·ET GEBENNESII: SACRI·ROMANI·IMPERII·PRINCIPI·VICARIOQ·PERPETVO:
MARCHIONI·IN ITALIA·PRINCIPI·PEDEMONTIV·MARCHIONI·SALVTIAR: GEBENNAR·COMITI·ROTONDIMŌTIS·NICIÆ
ASTÆ·ET TENDAR·BARONI·VAVDI·ET·FAVCIGNIACI·VERCELLAR: MARCHION.^VS CEVÆ·MARIONELLIÆ·ET·C·DNŌ SVO·CLEMEN.^O

Iacobus Laurus Romanus perennem Foelicitatem

Cum nihil antiquius et clarius ijs esse soleat, qui res suas, uel alienas immortalitati mandare constituunt quā ullum optare principē, cuius splendore, et patrocinio innitantur, ad illas illustrādas, et à quorundā sciolorū calumnia, et ipsius temporis iniuria uendicādas, uere te unū, Princeps Serenissime, uideo idoneū, qui meos hos labores decorando, ac tuēdos suscipias. Ea enim est tui nominis gloria, stēmatisq, maiestas ut nō solū natura, sed etiā uirtute æmulus ipsius Solis uidearis. sināque res ille obscuras illustrare, ac nitidas, uel quæ in se quidquā lucis ostentāt perstringere, et obscurare soleat, quis te huiusmodi ingenio et nobilitate affectū esse nō uideat, qui lucē tenebris, et tenebras afferre aliorū omniū luci cōsueueris. Propterea Romanæ hæc antiquitatis ornamenta suis antea fundamētis obruta uestigijsq, sepulta labore nūc meo tandē excitata lucē uidere nō possūt, nisi debitā tuā illis exhibeas, quatuorū monumenta Cæsarū unde per Imperatores augustiss.^am et antiquiss.^am ducis originē, tutò et iucunde compareant, quib' etiā si quid ætas imminuit atq impedit, quominus ad pristinū splendorē omnino redire potuerint, saltē tuo ipsius nomine, stēmateq inscripto supplendo corrigas, atq illustrando amplifices. Quid mirum si te tantum in hæc Cæsarū demortua, atq muta monumenta ualere crediderim, quando quæ ex literis, et annalib' spirāt hactenus, et loquuntur tua admirabili rei militaris scientia, incredibili uirtute singulariq, felicitate imitando superas, nedū renouando cōfirmas Hac etiā ego luce confirmatus nil iam maleuolos si qui essent quorundam animos metuā, utcūq, de oculorū acie glorietur, quibus partus obliquè meos intuentes, eos fascinare, immo et deuorare cōtenderint isti oēs profecto Celsitud.^is tuæ radio euanescēt, ac in inuidiæ sese latebris ocultare mallēt, quā nostris hisce ruinis instauratis serpere et insultare Quæcū ita sint, si ego alteri, quā tibi Princeps Sereniss.^e, meū cum suo ipsius autore opusculū dicare et donare nequeo, tu proo tui nominis sanguinisq, præstātia utrūque ne graueris suscipere, quē Deus opt. Max tuæ ipsius magnitudini parem semper efficiat et c.

Romæ

Superior. permissu

Cū Priuilegio Summi Pontificis et aliorū Principum

CAROLVS·EMANVEL·D·G·DVX·SABAVDIÆ·CHABLASII·ET·AVGVSTÆ·SAC·ROM·IMPERII·PRINC·VICARIVS·PERPET·MARCHIO·IN·ITALIA·PRINC·PEDEMON·MARC·SALV·etc.
OPPORTVNE
Superior permiſsu 1613
Iacobus Laurus Romanus f.
Romæ Cum Priuilegio Summi Pontificis

Studioso Lectori.
Doctor Andreas Baianus Lusitanus F.

Nosse triumphãte uiua sub imagine Romã
Si cupis, hoc Lauri perlege, lector, opus
Ære immortali Laurus, nõ fronde coronat,
Antiquæ et Romæ tempora uiua facit.
Vrbs vetus exciderat Lauro redimita uirẽti,
Laurus et amissas integrat alter opes.
Templa, triumphales arcus, capitolia, thermas
Circos, Naumachias, amphitheatra, uias.
Lympharũ ductus, hortos, palatia, scenas,
Sũma columnarum, pyramidumq. iuga.
Atque Colosseas moles, operosa theatra,
Venatus, ludos, Indigetumq. decus.
Diuorum ritus, hominumque, Hymenea, triumphos,
Victrices currus, et spolia ampla ducum.
Aurelij quæ explere sitim Patris ista ualeret:
Explebunt etiam, lector amice, tuam.

Cum Priuilegio Sũmi Pontificis
et Aliorum Principum

ROMÆ ANNO DNI
MDCXIII.

ANTIQVITATVM VRBIS LIBER SECVNDVS
EODEM AVTORE ET SCVLPTORE IACOBO LAVRO R.

ROMA VICTRIX DE DACIA PROVINCIA SVBACTA TRIVMPHANS VVLTV AC HABITV BARBARORVMQ. SPOLIIS ILLVSTRIS.

Idem in almã Vrbem iam nouam et
ex ueteri in melius restitutam.

Innumeros quid, Roma, tuos, antiqua, triumphos
Mirer opes, nomen, sceptra, trophæa, uiros?
Persidis ac Medũm, Danaũmq. suprema per orbẽ
Trina sub imperio regna fuisse tuo?
Tot Reges, sũmosq. duces, populosq. feroces,
Ante triumphales præterijsse rotas?
Europã, Libyen, Asiamque potentibus armis,
Legibus et uictas succubuisse tuis?
Robur et Eoos tantum penetrasse per Indos,
Vt tecum peterent pacis inire fidem?
Nunc mage quæ Christi dñi nunc pace triũphas,
Pluraq. non belli, ui, sed Amoris habes
Non ferro, sed uoce Dei, lignoq. uerendo
Cuncta domas, dulci subdis et illa iugo.
Cedant arma togæ: concedat laurea linguæ,
Roma uetus lateat, dum noua Roma patet.

Superiorum permissu.

Simulachrũ hoc Romæ uictricis ex marmore una cũ duab⁹ hinc inde statuis Regũ captor. Numid. ex subnigro lapide sũt in hortis Ill.mæ Casior. familiæ iuxta S. Petrum in Vaticano) et quoniã hic, ut in Palatio cotiguo sũt uariæ statuę tã integre quã fracte, preclara antiquitatis monumenta, uolui hic eas ascribere ut satisfaciã honestæ Nobiliũ Romã aduẽtãtiũ uisende cupiditati. Primũ in atrio Palatij sũt 3 statuę, una ex Amazonibus quã magni fiebat a M. Ang. Bonarota, est Apollo, et etiã Sabina mulier seminduta et altera quę etiã magnifiũ sũt et alia mutila. Vnũ truncũ ad quod delineandũ aduentãt pictores quare uertitur adeo comoditate, sunt plurima circũ epitaphia, et in medio laruata facies ampla ex lapide porphiretico. Circa hortũ sũt 22 Termini antiq. diuersis effig. Est duas tripes ad usũ fontis antiquũ in quo Faunus coxendice sustẽtãs utre quip os emittebat aquã, in hac est Neptunus nudus Est Apollo cu cythara, et Agrippina lapis, et in eo excisæ duę figurę, Pallas, Hermaphroditus æneus per colossi, ad caput uia horti est fons unde defluit aqua ex limace marmoreo, puer gestãs urna in collo Postea eũtĩ ad ligellũ seu uistũ est tabula marmorea cũ imagĩb⁹ Ill.mi Card. Cæsij, sũt hic statuę 3 truncę ex marmore Extra ligellũ Venus absque capite, mensa marmorea cũm 5 sororib⁹ lugentib⁹ excisis in marmore aliisq. sculp.rs fluuius. Ad ingressũ Antiquarij sunt hinc inde Sphinges In fronte Antiq. est caput Iouis ex porph. hic caput Othonis Imp. inde Poppeæ uxo. ex mar. supra 5 Idola Palladis uidelicet Cereris, Victoriæ C. apiæ et Dianę. Ante Antiq.m uaria frag.ta in ipso Ant.o D. Somni Sabina et cap. Palladis Herc.s et Iouis uidentũ Colossi, Hercules, Satirus, caput Iouis è regione et sub eo Pyrri Epirotar. Regis; Leda una cũ Cupidine, Egredientib. ex Antiq.o occurrit arces ex mar.o Albo et leo ex misto. ibi in ligello aperto Eliogabali statua. In uertice tholi parui Idolũ ex lapide nigro ex simia referẽs et 2 Crocodili, Paulo ulterius cenaculũ hemisphericũ in medio puteus aquę uiuæ abacus marmoreus, caput Bacchi Neptunus, et hortor. Dea Muro inhærent plurima antiquã epitaphia. Plutonis statua, leones 2 ex rubro lapide cũ armis Cæsior. In Palatio deinde uisitur caput insigne Scipionis Africani ex hidrolapide admiranda sculptura pont enim ob oculos tantũ uirum. In loculamentis parietis sunt 3 Vasa ex alabastro Orientali placido, raro opere Preterea in Xisto adiacẽti sũt capita Imperator. inter quæ illud Caracallæ expressit egregie uiri sæuitia, est M. Bruti et M. Ant. triũuiri cũ Cleopatra. sũt præterea in posteriori cubiculo uaria antiquitatis monumenta, ex ære et lapide statuæ minores, lucernę, capita, uasa, et caput Adriani, Cupido idea cũ puero ansere prementе, uisendum opus, et alia uisu dignis.a quę breuitatis causa omitto, quæ qui uiderit eo letiẽ discedet. Debuit corrogasse heroica antiquitatis monumenta Federicus iste Cardinalis Cæsius et iccirco laudandus, ut propter templ. qd extruxit S. Cater.a de Funarij

M·Marcellus ad portam Capenã hoc honori et Virtuti templũ dedicauit anno 17. a Patre eius primo consulatu in Gallia citeriori uotũ antea, quod fere in id temporis cõuenit, quo Liuius Romam 2.° bello punico occupata fuisse cõmemorat aliud quoque posuit Marius teſte seſt. Pompeio: celebre si nõ ob materiæ præstãtiã, cũ multa tunc fana hac illud re facile antecelleret, ut pote quod Vitruuius nob.^{us} et antiquis.^{us} Architectus nõ marmoreũ fuisse teſtetur his uerbis, nõ solũ scripta a Coſsutio sũt desideranda, sed etiã a C. Mutio qui magnificẽtia confisus ædes Honoris, et Virtutis Marianæ cellæ, columnarũq. et epiſtiliorũ symetrias legitimis artis inſtitutis perfecit, id uero si marmoreũ fuisset, ut haberet, quẽ admodũ ab arte, sic a magnificẽtia, et impẽsis autoritate, in primis et summis operibus nominaretur. Nihilominus operosi: tate atq. elegantia unũ ex sumptuosiss.^{is} fuisse conſtat ut ex Vitruuio legimus, nõ solũ sculpturæ artificio, quo intus, ac deforis renidebat, sed etiam imaginibus ornatissimũ quas autore Plinio Cor. Pinus, et Actius Priscus Vespasiano reſtituẽre pinxerũt. quib.^{9} etsi ornamẽtis caruisset hoc sane celebratissimũ semper foret quod mysticam, et hieroglyphica spectatorib.^{9} mente innueret, dũ uolẽtib.^{9} Honoris introire templum nullus quã per ostiũ Virtutis ædis ibi affabre, et ingegniose factũ pateret aditus S. Auguſtinus de ciuit. Dei arcanũ hoc aperuit docens hac in re antiquos Romanos uoluisse nemini honorẽ tribuendũ, siue appetendũ, qui ingressũ in Virtute, imo et progressus non fecisset. Virtus enim quæ tanquam Honoris custos hoc in loco describitur sola est quæ ueris candidatos suos honoribus afficit et quæ Vera ac propria nobilitas est quæ et fasces mytras, et Coronas continet ei datura præcipuæ cui templũ suum frequentauerit, qui in Dei gloriã animæq. salutem diligẽter attenderit, qui uero aliunde quam per uirtutis ianuam uiam ad honores affectare contenderit per tectũ quidẽ uel fenestrã latrunculi et tyrãni more conscẽdens rapere illos non consequi consueuerit. Mementote ergo terrarũ Principes animo collabentiatem pla Virtutis excitare nec ullũ uelle mouere ad honorẽ ueſtigiũ quod p. Virtute nõ feceritis discite indignũ quemq. honoribus iudicare, qui templũ Virtutis non adierit et assiduus eius cultor nõ extiterit. Hoc quidẽ considerãtes, uel illi qui a Xpiana fide abhorrebant, antiqui Imperatores moralib.^{9} quibus poterãt, se uirtutibus excolebant et huiusmodi politicis Remp. disciplinis instruebant, nec ante sibi maximi titulũ uedicabãt quã optime de uirtute meruisset, a qua optimi cognomẽ obtineret. quorũ ex numero, ut ceteros prætermittã, Antoninus, atq. Traianus extiterũt qui quoniã res suas geſtas uirtutis robore fulciebant nulla unquã tẽporis calamitate bellorũq. impetu exciderũt huius rei quidẽ ingẽs argumẽtũ accipimus columnas illas duas max. una a Traiano altera ab Antonino excitatas, quæ hodie in sua integritate ac elegãtia pmanet.



Templū Solis dicitur in Monte Quirinali ab Aurelio Imp.re iuxta Thermas Coſtātinianas magnifice extructū, ornatūq; intus et foris columnis eximiæ elegātiæ sicuti meminit de hoc Flauius Vopiscus porticus eius 12 columnis sustinebatur, quo numero et 12 menses et 12 Zodiaci signa significabatur. In hoc frontis eiusdē faſtigio eminebat quadriga quatuor equis ex metallo inaurato qui referebat 4.r ani tempestates in ipsomet templo sublimi in loco erat statua Solis ænea inaurata licet quēdā uelint fuiſse aurea quo fiebat ut templū ipsū intrinsecus et forinsecus undique emicaret et ob marmoris ipsius candore et 12 signa extantia quæ motū solis et iter eius annum indicabant, et locū ubi singulis mēsibꝰ diuertit, declinationesq, eiusdē hæc omnia uarijs interuallis distincta cū picturis eximijs et columnis ex Aegypto transuectis admirabilē reddebant speciē intuentibus. Hic Sol qui nunc Apollo nunc Phoebus nūc alijs nominibꝰ appellabatur ortus in Aegypto Iouis Ætheris filius dicitur fuiſse singulari pulcritudine et scientia præsertim astroꝝ, lyræ quoq; et arcus inuentor simulachrū eius stultissime colebatur ut Deus et falsam augebat opinionē quod per illud dæmon uaria reddebat oracula et responsa primum templum obtinuit in Delo in Claro deinde Lycia et Ionia alijsq; regionibꝰ tandem Romæ magnificentissimū eiq; instituti ludi Apollinares et sacrificia. Huc, ut ad alia idola, sæpius adducti sapientiss.i nri Martyres ad sacrificadū, maluerūt fortiss.e pro Xpo uero Deo et iustitiæ solē occūbere quā rē adeo stultā et deteſtādā comittere.

THERMÆ ANTONIANÆ

Apud Aedem S. Sixti



Spartianus refert Bassianus Antoninū Caracallā reliquisse thermas sui nominis eximias, quarū cellā solare Architecti negant posse illa alia ratione fieri, nisi qua facta est. nam ex ære cupro cancelli suppositi
esse dicuntur, quibus concameratio tota concredita est, et tantum est spatij, ut id ipsū aliter fieri potuisse negent docti mechanici. quas quidem et Eutropius valde comēdat. at vero Lampridius scribit ab Antonino inchoatas, Alexan:
drum Seuerum perfecisse atq exornasse. quibus et pars aquæ Appiæ siue Claudiæ seruiebat sub eisdē autē thermis ipsū Antoninum palatiū suum ut alij quoq Imperatores consueuerant; superbissimū condidisse perhibent.
Antiquarij ubi autem hæc omnia definite fuerint non liquido probant ex inscriptione aliqua, præterquā quod uniuersi in altero Auentini montis uertice apud ædem hodie S. Balbinæ fuisse commemorant ubi ingen:
tes adhuc ruinas expirare dices, cū uastissimos ibi parietes, diuersisq ex lapidibus columnas iacentes; atq cōminutas aspexeris. cōfirmat Lucius Faunus ex eo, quod ānotauit, nempe hodie locū illū, quasi ex longa retro traditiōe
Antignanū corrupte ab Antoniano apellatū, et Vlisses Aldroandius in libello, quem de statuis cōscripsit refert multa ex thermis Antonianis ornamēta in Palatio Farnesio spectari, cuiusmodi sunt nonullę Herculis statuę, et ę gladia:
toris, quarū unus puerū in sublime correptū pedib) tenet, Hermaphroditi, et uirg. Vestalis illius quę pro purgāda inocētia aquā cribro cōtinuisse dicitur. Dianæ, et multa alia fragmēta. quod autē potissimū harū termarū diuitias extab:
lit, est taurus ille quē dicunt Maratoniū à loco in Athenis ubi illū Hercules interfecit, ex marmore candidiss.; et monte esse marmoreū nihil dubiū. cū Hercules ibi cū tauro pugnare uideatur cuius una manu cornu apprehendit, altera
stringit urgetq fera, eiusq rictū distorquet. i nimo serpens maximus in foramen irrepere, et clauā pendere Herculis et multa alia. fuit Antoninus Caracalla turpiss.us et inaniss.us Imperator, qui præ inuidia et absolute regnandi cupidita:
te fratrē Getam necauit in palatio ex insidijs etiā in matris eius suæq Nouercæ complexib), quā postea intēperāter exarsit, uxoremq duxit. interijt tādē in sordib) ut ipse uixerat, quas inter eijciēdas è corpore occisus fuit.

DE VRBIS COLOSSIS



Inter omnes uastissimas statuas, quæ Romanoꝝ priscis temporibꝰ in urbe stabant simulacra erant Colossi dicta Græco quidē uocabulo, ab hebetando uisu si suidæ credimus quia oculoꝝ ascendentiū eo acies deficeret, uel si Pompeio, a colosso primo conditore, quos præter quā quod per totā urbē in fragmentis ut capite trunco manu, et pede uidere est Plinius moles pares turribꝰ, et Martialis ambitiosa hyperbole sidereos appellauit, quia in astra proprius minari uideretur. Horū quidē septē meminiſſe et collegisse nobis uisu est quos passim apud autores inuenies, ut pote celebratissimos. Primus Apollinis erat in Capitolio xxx cubitoꝝ ex Apollonia Ponti urbe translatus. 2. Iouis in campo Martio a Claudio Cæs. dicatus, qui et propter Pompei theatri uicinia Pompeianus dicitur. 3. eius dē Apollinis in bibliotheca templi Augusti 50. pedū a pollice, dubiū ære nobilior an pulchritudine. 4. in Capitolio eiusdē Iouis a Q. Seruilio cōditus, tantæ amplitudinis ut conspiciatur a latiari Ioue. 5. quē P. Lentulus in eodē Capitolio fabricari fecit. 6. Neronis a Zenodoro artifice sūmo facto. 120. pedum magnitudine quem ipse Nero cōstituit in domo aurea, unde et hodie Vespasiani amphitheatrū ab ipsius colossi uicinitate coliseo corrupte dicitur. de quo Martialis hic ubi sidereus propius uidet astra colossus, et sub[illegible] fera radiabant astra Regis quē ut refert Andreas Fuluius Nerone mortuo, ne ob eius fœda flagitia talis memoria remaneret, imo et cū sonitu interiret soli dicarunt, donaruntque. 7. fuit Domitiani in foro de quo Papinius, quē equi imposito moles gemata colosso statlatū complexa forū. Hæc sunt quæ de urbis colossis collegimus Noueris tamen studiose lector mentionē fieri de Scopæ colosso extra Vrbē ad portā Labicanā apud circū in templo Bruti Callaici. duos etiā mōstruose molis reperiri alterū Rhodiū soli dicatū, quē fecerat Chares Lydius. 70. cubitoꝝ altitud. alterū Mercurij in ciuitate Galliæ Aruernis a Zenodoro factū pedū 400.



ORDO. TRIVMPHI. CAII CÆSARIS. PER. VIAM. TRIVMPHALEM. AD. CAPITOLIVM.

1 Templū Iouis Capitolini.
2 Congiariū P.R. datū.
3 Ara
4 Camilli et Flaminij.
5 Consules.
6 Lictores.
7 Ministri turba baculis submo.^tes
8 Lictores.
9 Magistratus.
10 Senatores.
11 Tubicines.
12 Prouinciæ Mon. Flu.
13 Diuersæ Feraꝝ perg.
14 Vrbes regiæ et metrop.
15 Auru et arg. cū sig. impre.
16 Tabulæ signa aurea etc.
17 Vestes gemmatæ et statuæ,
18 Gentiū uictaꝝ arma etc.
19 Multi principes ductiti fera.
20 Galea, scuta et alia milit.^ia
21 Vasa aur.^i et arg.^i plena mone.^ts
22 Vasa innumera aurea etc.
23 Alia Vasa pretiosa.
24 Multa Vasa dicu et phiale.
25 Tubicines
26 Hostiæ poppe Victimarij
27 Tauri multi ad sacrifi.
28 Camilli et Flaminij.
29 Elephantes uecti
30 Currus Regij cū coronis
31 Cur. reg. cū coro. diu. don.^is
32 Reges ducti in triump.
33 Milites strenui p merit cor.
34 Lictores laureati.
35 Odores Arabici.
36 Tubicines.
37 Is qui uictis insul: tabat triup. monebat.
38 Imp.^r triumphās.
39 Musici
40 Sufim. odor.
41 Propinqui D.I.
42 Legati trib. duces
43 Ministri e scutiferi
44 Præfecti
45 Homo armato un. aū.
46 Arcifferi
47 Iaculatores
48 Aquiliferi
49 Labarigeri
50 Signo cū Im. Imaginib.
51 Dragoniferi
52 Alia diuersa signa
53 Legiones et centuriæ



DOMVS.C.CÆSARIS.VBI TEMPLVM PACIS

C.Iulius Cæsar ut refert Suetonius Pontifex iam Max. electus domū publicā nō qualē priuatus in Suburra habitauerat, mag.ce sibi condidit ad uiā sacrā ubi tandē Vespacianus templū Pacis extruxit quā Iulia sumptuosis ipsa exornasset, et Auguſtus diruisset ut ibi uxori suæ Liuiæ porticū excitaret, quod et Faunus in sua Vrbe memorat. Fuit C. Cæsar rerū geſtar, gloria fœlicissimus, et unus ex nouē inuictiss.i totius orbis ducibus, qui animi magnitudine dignitate, potentia et autoritate, reiq. militaris scientia omnes longè principes superauit, atq cū maximis etiā Philosophis, oratoribus, et Scriptorib. cōparandus, cū ipse suo omniūq. iudicio suis se geſtis idoneū scriptorem inuenerit. fuit honorū sic appetēs ut oībus sese ingesserit Reip. munerib. naq. procōsul de Lusitania triūphaturus, triūphū abdicauit, ut Romæ prēsēs, sicut lex erat, cōsulatū peteret, et obtineret. Indeq. consul indecēniū factus eam post aspirans ad maiora dignitatē cōtempsit nec censuræ, siue præfecturæ morū quā gessit acquiescēs dictaturā sibi ꝑpetua uendicauit, munus cōtempore maximū et sacrosāctū à quo prouocari licebat nemini. Præterea Imperatoris cōmune nomē quod ad sola rei militaris gloriā ꝑtinebat, sibi infimū cogitās, idadeo sublime fecit, ut deinceps potentiā et autoritatē in Rep. cōtineret, quod et sibi suisq. poſteris relinquēdū curauit. ita semꝑ imperiosè se gessit ut comitia in potestate haberet, et oēs ineuntes magiſtratus in sua acta preiurare cōpulerit, aliter nō inituros. sic oīum breui animos et suffragia tenere potuit, unde leges in triuphis et dignitatib. cōsequēdis aliquādo impune uiolauit. Summus exercitus Imperator pro exēpla militis munus exercuit, dum prælium cū Germanis cōmiſſurus à milite pauitate arreptis armis cuiusque in hoſtes impetū faciēs cæteris uires, animumq. addiderit. Hispania usq. ad Lusitania penetrauit, et uicit. Gallias Britanias, et Africa debellauit, et uectigales fecit. bellū in Hispania cū filijs Cn. Pōpeij Magni gessit acerrimū illudq. depugnauit, et absoluit de ciuib. nō legitime triūphādo, cū antea ipsū Cn. Pomp. in Pharsalia profligaſſet, quinquies triūphauit p.o ex Gallijs cū rege Vercigentorige eaq. ducto q. triūphū Suetonius et Florus primū et excellentiss.um fuisse referūt 2.o de Ægipto triūphū egit in quo Reginā duxit Arsinoen. 3. de Ponto Alexādria iā recepta, Pharnaceq. celerrime superato quod et titulo demonſtrauit his uerbis Veni. Vidi. Vici. 4. ex Africa in quo Iuba Regis filiū captiuū duxit. 5. Hispania, ut supra demoſtrauimus. præter ouationē cuius Dion meminit, qua C. Cæsar post ferias latinas ex Alba, ut mos erat, in Vrbē inuectus fuit, regijsq. acclamationibus exceptus a Populo ob quod et exquisitos honores a Senatu obtentos seu potius extortos inuidiā apud ciues concitauit ut coniuratione facta a M. Bruto, et Cassio Idib. Marsij in curia Pompeij 23. uulneribus confossus occuberet. poſtquā ordinasset ānū, et quintile mense à suo nomine appellasset sic tandē nimiæ ambitionis pœnas exoluit, et sanguinē Pompeij generi in eius Curia occisus expiauit.

THEATRVM POMPEI MAGNI

Nunc acies Campi Floræ ad Palatium Vrsinorum.



Theatrum hoc primū fuit omniū Romæ, quod stabile et fixum fuit ex lapide constructū, nam primū ex ligno pro tempore excitata solutis spectaculis diſsoluebantur, res erat hæc maioris impensæ quā utilitatis, quo circa ad eam etiā uitandam Pompei libertus, beneficij a Dño accepti memor, fertur eius nomine Theatrū hoc statuisse, quamuis Pompeus ipse non libertus, uidetur illud constituisse, nam narrat, Cornelius Tacitus lib. 14. Pompeū accusatū quod mansurā sedē theatri posuisset: Censores .n. non multū probabāt theatra, quare ea statim iubebant solui, moribus consulentes, quibus lascinia ex theatris nata et etiā factiones subinde plurimū aduersabātur. Tertullianus libello de spectaculis perpetuū inquit theatrū Pomp. condidit āno Vrbis 699. antea subitaria erant, et Censorū iuſsu plerunq; disiecta. Pomp.us autem ueritus censoriam animaduersionē Veneris ædem theatro superposuit, ne Deæ reuerentia deijceretur: cognita deinde aliqua etiam utilitate theatri alij huius exemplo moti fuerunt ad similia construenda. spectare poterant in hoc theatro 40. hominū millia Caligula incendio absumptū restituit. Suetonius narrat nō restituisse sed semipfectū absoluisse quod pollicitus fuerat Tiberius ut est apud Plin. lib. 36. c. 15. cuius tempore conflagrauit. Nero uno die inaurauit ut Tyridati Regi Armenorū qui Romā uenerat, ut ab Imp.re regni insignia acciperet, mirum præberet spectaculū ab eod. in theatrū introducto.

TEMPLVM ET FORVM MINERVÆ

Hodie Ecclesia S. Mariæ super Mineruæ



Templũ Deæ Mineruæ ædificatũ seu dicatũ fuit à Magno Pompeo ex Manubijs ubi omnia uictarũ a se gentiũ insignia ac titulos reposuit ut est apud Plin. l. 3. c. 26. Templũ uarie ornatu instructũq; fuit addito simulachro ipſius Deæ cui uaria quoq; a suis sacerdotib⁹ fiebant sacrificia, nã ei uictores redeũtes è bello triumphantesq; sacrificabãt in gratiar; actione quas et tanquã Deæ armigeræ referebat, quo circa etiã ægide sinistra et haſta manu dextra longa induta toga fingi pingiq; erat solita interdũ caput Medusæ in scuto præferens Bellona propterea quasi Dea bellatrix dicta, a Græcis Pallas, Minerua a Latinis dicitur alijsq; nominib⁹. Iouis Aetheris primogenita ut test. Leontius auct. Grec. Atq; iccirco fabulatur eã Poetæ è Iouis cerebro nata ob eam fortaſse causã quod cũ sapientiss.ª fuerit foemina, et ideo sapientiæ et bonis artib⁹ a ueterib⁹ præposita, significare eo cõmẽto uoluerint sapientiã pro qua sumebatur Minerua ex inexhauſto diuinæ sapiẽtiæ fonte dimanasse. Meminit huius cõmẽti S. August. l. 5. de ciu. c. 10. Tritonides quoq; dicebatur a poetis præsertim, eo quod Ogygis Regis tempore circa Tritonidẽ Africæ paludẽ uirginali facie et habitu dicatur apperuiſſe Diuinitatẽ autẽ uidetur obtinuiſſe apud eã gẽte tãquã dè hominib⁹ benemerita qd olei et lanificij credatur fuisse inuẽtrix ludi in eius honorẽ celebrabatur Quinquatria dicta, quæ ad sua usq; tẽpora preueraſſe test.ʳ Plin. fiebãt autẽ 5. dieb⁹ quib⁹ pueri uacabãt a studijs præceptorib⁹q; ferebãt munuscula in honorẽ Deæ de quo Ouid. Varro scribit ab ea sudatas Athenas aliqui uolũt qd ijs nomẽ dederit ob oliuã ei dicatã insignũ Victoriæ et pacis. Merito hoc Deæ sapiẽtiæ tẽplũ cessit ædi B. Virg. ueræ sapien. matris cui ibidẽ PresPred.ˢ eiusd. sap. cult.ʳᵉˢ inseruiunt.

MAGNI POMPEI CVRIA

Ad Theatrum eiusdem



Ad ſuū Theatrū cōſtruxit Pompeius Curiā, quā ut Plutarchus monet in Vita incoluit post 3ᵐ. tātu triūphū cū antea humilius habitaſſet. hic Cæsar 23 acōiuratis cōfoſſus uulnerib' perijt, quæ propterea ut ait Suetonius fuit obstructa. Dicta fuit Pompeiana ab eius nomine: columnæ undecūque cētenæ ex marmore phrigio, porticū fulciebāt, hoc ædificiū egregijs habitationib' xyſtisq, diſtinctū intus forisq, eximijs picturis, ab Antophilo præſtantis. pictore ornatū. expreſſus Europæ raptus, Cadmiq, labores. ſtetit ad Gordianū Imp. Philip. Imperio cōflagrauit, ita omnia abſumit temporis iniuriā, præter illuſtria Pompei facinora domi forisq, geſta, nā domi Rempub. conſilijs, foris auxit bellis, ita ut uix ante eū nemo amplius. Triūphauit quod nulli unquā cōceſſū adhuc eques et adoleſcēs XXX annis quib' bellū geſſit tertiū triūphauit, de trib' ut Plutarc. aduertit orbis terræ partib' Asia uidelicet Africa et Europa, ita ut cū Cæsare suæ gloriæ æmulo de toto terrar; orbe triūphaſſe dicatur Occidēte simul cū toto Oriente perdomuit neque de terra solū sed de mari, deuictis prædonib' et pyratis quoꝝ maxima pars mediterraneū habebat infeſtū Regiones de quib' triumphauit enumerat Plutar. in uita quæ sūt Pontus, Armenia, Cappadocia, Paphlagonia, Media, Colchis, Iberia, Albania, Syria, Cylicia, Mesopotamia, Phoenice, Palestina, Iudæa, Arabia, et pyratæ terra mariq, debellati, addit et Caſtella ab eo capta 1000. Vrbes haud multo pauciores 900. naues pyraticas 800. Vrbes iterū habitatorib' prædic.ᵗˢ 39. Plin. lib. 7. c. 26. Triūphi III. inquit, quē duxit ad III. Kal. Oct. M. Meſſala M. Piſone Coſul præfatio hæc fuit etc. Pl. l. 34. aut in eo Triūpho ductā fuiſſe Pharnacis Regis Poti statuā argēteā ut et Mitridatis et currus aureos argēteosq; dicūt lata quoq, luna aurea 30. lib. menſas aureas gēmis diſtinctas, 3. ſtatuas aureas Mineruæ Mart. et Apoll. 33. coronas gēmeas, ut Pomp.ᵉⁱ ipsius statuā ex unionib' mōticulū ite aureū cū ceruis leonib' omniq, genere pomor, biduū nō suffecit, ut ait Plutar. triūphi agmini, ac pōpæ, Captiui ducebātur præter principes pyratar; Fil. Tigranis Ar. ᵐR. cū uxore et filia Rex Iudæor. Ariſtobulus. Mitrid.ᵗⁱˢ soror et 5. filij: ad hæc Albanor, Iberor, et Comagenor. Regis obſides, et ingēs tropheor. numerus Romanos reditus qui erāt bis millia ſestertiū l. quinquies centena millia attreorg aurei. t. ad ter millies ac quadringenties ſeſtertiū l. octingentena millia illatis in ærariū uicies mille talentis Ea cunt duodecies centena millia aurearum.



Non longè ab arcu Domitiani arcus stetit triumphalis Cæsari Aug. excitatus è marmore structus, elegãterq. elaboratus quòd ibi victoriç, ac res ab eo feliciter gestæ insculptæ fuerunt. Hodie verò nec unũ quidem de tanta mole vestigiũ remanere video. quod fortè in causa fuit quare Marlianus ite et L. Faunus nulla de eo verba fecerint, nisi F. Franc.º Albertinus in opusculis antiquus diligens, et verus Antiquarius, quãuis nimiũ brevitati studeat. Octauianus fuit e Regia Octauiorũ familia quæ Velitris incepit ac floruit, ibique natus est, ut ex ruina et inscriptione quã vidi et si bene memini) legi mihi aliisque constitit; ciuitate in Latio sita procul à Roma 18. passuũ millibus, nulli quidẽ post Neapolim p eam fere regionẽ secunda, mediocriter opulenta, ut iam melius de ea volaterranus scripserat, frumento et vino præsertim sapo, populoque abundantiss.ª cuius hodie spiritualẽ ac temporalẽ ditione tenet Ill.mus ac R.mus D. S. R. E. Card.lis de Yoiosa Epũs Ostien. et Velitern. fuit hic Imperator suo tempore feliciss.us quod in altiss.º mundũ pace administrauit Tres habuit triumphos à S.P.Q.R. sibi cõcessos ut refert Seruius lateq. Sigonius quib.º gloriose Romã invectus est; primus de Sclauonia .2. ex Victoria Maritima .3. de Marco Antonio victo et obtento regno Ægypti, et Regina Cleopatra, quor; ultimi meminit S. Hieronymus .5. eo die Augustũ duxisse secũ infinitũ captiuor, numerũ, et antiquor, Ptolomeor, omniũ gazas, ut nec antea nec postea tãta copia auri et argẽti gemarq Roma aduecta fuisse noscatur. ut et alii referũt adeo ut suo tempore Iani fores claudere entur et si Liuio atq Orosio nro credimus ter illas obseruauit, quod simbolũ pacis erat apud Romanos, qui semel ab Vrbe condita tũc uero ter clausas fuisse fores mirabatur. Imo et feliciss.ª tempora, in que, plenitudo illius temporis cœpit, quo Deus unigenã filiũ suũ, susceptũ ex Maria Virgine mundo ipsius dedit Saluatorẽ; meruit paganus hic Princeps propter sũmã mansuetudinẽ et clementiã, liberalitate, iustitiã et fortitudinẽ primum Augustus appellari, ito et pater patriæ, templis inuita honorari; tãdẽ uero sicut unus ex Principibus cecidit ætatis suæ an. 73. et imperij quod tenuit 56.

A.B.



Hippodromus siue Circus Aureliani extra vrbis mænia ad eum locũ ubi amphitheatrũ castrense extitit in S. Cruce Hierusalẽ iuxta aquæductũ aquæ Iuliæ Tepulæ et Martiæ ut hodie uestigia uisuntur in ipso Circo obelisci in plura diuisi fragmenta characterib⁹ Ægiptiacis insculpti, et cuneos hoc est graduũ ubi spectatores considebãt dum varia spectacula edebantur, quæ quidẽ uel bigæ et quadrigæ concurrẽtes erant, uel diuersor animaliũ uenatus, et gladiator pugnæ aliiq ludi, qui populi in se oculos cũ magna iucũditate et admiratione rapiebat. Hippodromum hunc ab Aureliano fuisse cõstructũ Pyrrus Ligorius affirmat quanuis a recentiorib⁹ prætermissus fuerit qui ad huiusmodi tantæ cõsiderationis ędificiũ animũ nõ appulerũt. fuit Aurelianus in Pãnonia obscuro loco Daciæ siue Mesiæ natus. Sueuos, Sarmatas, Marcomãnos superauit Palmirenos aggressus eor Reginã Zenobiã cepit, Thraces, Sclauosq domuit et ultra Danubiũ 5 0 0 0 0 Gothos interfecit Heraclemonẽ Gothor ducẽ suæ patriæ proditorẽ extremo affecit supplicio. tandẽ Antiochia, totaq Oriente et Ægipto in ditionẽ redactis, et Gallis subiugatis imo potius toto orbe superato gloriosiss.ᵐ Romæ triumphũ egit Regios currus quatuor secũ ducens unũ Odenatis Palmerinor Regis auro, et argento gemisq onustu, alterũ pariter exornatũ qui Persar Regis erat 3. Zenobiæ proprijs Reginæ ipsius manib⁹ excultũ, sperãs se in illo nõ uincta, sed uictricẽ Romã ingressura. 4. a quatuor ceruis elatũ, qui Regis Gotor erat cũ uiginti elephãtis feris Libiæ et Palestinæ mansuetis 200 quatuor tygrib⁹ et alijs 800. animalib⁹ captis et abactis. captiuis in triũpho comitantib⁹ Exomitis Arabib⁹ Eudomanis Indis Bactrianis Iberis Saracenis Persianis Gothis Alanis, Ruscis Sarmatis Francis, Sueuis, Vandalis Germanis, Palmirenis, Ægiptijs, ac decẽ Amazonib⁹ uiriliter indutis in bello Gothico captis tandẽ ex insidijs mancipij occisus fuit anno 278 autore Flau. Vopisco.

TEMPLVM · PACIS · APVD VIAM · SACRAM ·



Flau. Vespasianus Imperator post bella ciuilia mira celeritate struxit, atq. cõfecit Templũ Pacis ut Suetonius et Iosephus corãmemorãt a fundamentis incipiens; opus quidẽ molis amplitudine labor, artificio, diuitiarũq. cumulo totius Vrbis augustiss. teste Plin. lib. 31. Nã quo ad magnitudinẽ affirmat Gamuccius, qui eiusdem plãtã inuenit ac delineauit loca ubi Porticus Iuniæ et curia Hostilia, Basilicaq. Catonis steterãt occu: passe, ut architecturæ bonũ ordinẽ nihil impediret, quominus tẽplũ illud absolutiss. foret, ac nullis Romæ eo usq. cõditis delubris cõcederet, quo ad uero manus artificũ, quæ foris, intusque eminebãt, multas tẽpli partes claris: simorũ pictorũ Timãtis, Protogenis, Sillæ et Nicomachi picturis exornauit, præterea Veneris, cui et tẽplũ dedicauit, imaginẽ a Thimãle egreg. statuario factã et Herois, et Hyalisij, cuius Cicero ad Atticũ meminit multaq. alia simulacra se posuit. tãdẽ quoad opulentiã, illud pro certo habemus Herodiano autore fuisse ditissimũ, nã et S. Hieronymus scribit oĩa uasa, et ornamẽta templi Hierosolymitani, quæ in celebri illo triumpho Titus aduexerat, eidẽ cõsecras quæ et in arcu Titi adhuc expressa ab uno latere uidetur; quia uero ibi non amplius quã candelabrũ aureũ, et arca fæderis sculptura explicat, nouerit studiosus lector innumerab.es ac pretiosiss. gazas a Tito fuisse Romã allatas, patrisq. in tẽplo collocatas, arcã nimirũ gẽmis, aureisq. laminis coopertã, tabulã ex auro solidã, et multa alia quæ Hebrei suis in sacrificijs sacrisq. ritib. utebãtur; candelabrũ aureũ, unde ramos triplicatos omni ex latere cũ totidem luminib. pullulabat. Tãdẽ uero tẽplũ hoc max. ornatiss. et ampliss. refert Herodianus Imperatore Comodo nocturni casu fulminis deflagrasse, cuius hæc præter alia sunt uerba potiss. totũ de improuiso pacis tẽpl. cõsuptũ incẽdio est, quod unũ scilicet opus cunctorũ tota urbe maximũ fuit, atq. pulcherrimũ, et opulẽtiss. quippe uniuersi ferme illic diuitias, quasi in thesaurũ cogerebãt. cũ uero in hoc templo 8. fuisset max. opere corinthio col. una quæ semisepulta superat S.us Pater Pont. Paulus V. erui et recocinari iußit deindeq. adsportari ad locũ e regione Basilicæ S. Mariæ Maioris, nihil nõ prætermittẽs, qd ad Sanctiss.æ Dei matris, quã studiosiss. colit gloria cultũq. spectaret, nõ etenĩ contentus eidẽ sacellũ gẽmis, auro pijs simulacris, et picturis ornatiss.m cõdidisse, et qui sacrã rẽ faceret, et ipsius laudes cõcinẽ modularetur, instituisse, hãc etiã colunã erigi ac desup. Deiparæ Mariæ Virg. effigiẽ cõstitui impauit, quã SS. Petrus et Paulus suis in colunis impositiui Reginã suspiciat Romaq. Patrona sibi singulare præcipue et pacis præsidẽ ueneretur, et agnoscat. Vespasianus Vitellio successit optimus Imp. et in Rep. officiosiss. cuius emolumẽtum suo semp. anteposuit, in pecunia quã Pop. Rom. neruũ appellabat nõ sibi sed Reip. cogerenda in honore tale se gerebat ut ex eo quãtũ satis esset ad bene imperãdũ uẽdicaret in cætero oĩbus equalem se esse diceret. Rem senatoriã militareq. auxit, quã prope collapsã inuenerat. facilis oĩbus adeo aditus patebat, nã in foro, ut domi oẽs libentiss. audiebat. nihil æquius ferebat, quã aliunde sibi illatas iniurias. cũ uero aliquẽ sibi aduersa: riũ punire necesse erat lacrymas effundebat, ne uel in iusta crudelitatis specie filio successori, aut alicui foret exẽplo. Hic tamen ita clemens et benignus Imperator crudeliss.us in Iudeos extitit in hoc potissimũ ostẽdẽs nõ suo sponte, sed auctore Deo p. ipsum tãquã p. uirgam Assur, duræ ceruicis populum puniẽse, bellum illud p. se Titumq. filiumq. confecisse, ut Iudeos de Vnigeniti Dei filij nece, eorq. contumacia uẽdicaret, de quo in arcu Titi nulla diximus.

DE MARTE VLTORE ET ILLIVS TEMPLO IN FORO AVGVSTI

Ad Aedem S. Martinæ



Non pauca templa Marti dedicata fuiſse in urbe Roma conſtat ex Autorib.⁹ sed ubinam adhuc apud Antiquarios lis est, sūmaq. confusio. quod autē loco, ac tempore definitur, illud eſt quod Cæsar Auguſtus in suo foro, de quo supra egimus, ad eam partem que S. Martinæ ædē attingit, templū Marti Vltori, seu uindici in forma rotunda ædificauit promissum ex uoto in bello Philippensi, quod pro ultione paterna susceperat: ut scribit Suetonius in hunc modū. plurima opera publica extruxit, e quibus præcipuæ forum cū æde Martis ultoris. Item et in fastis Ouidius inducens Martē ipsū loquetē cū Cæsare Augusto. Templa feres, et me uictore uocaberis ultor: uouerat et fuso lætus ab hoste redit. Martem Iouis, et Iunonis filiū æca fingebat Antiquitas. Ouidius tamen aliter censet in fastis Iunone scilicet Marte sine patre concepisse tantūmodo tacto flore, quem Chloris uxor Zephiri eidem monstrauit quod ideo finxerunt, ut aduertit Boccatius, ne Ioui benigno, et mansueto filiū sic efferatum et sanguinolentum tribuerēt. Hunc omnes ferocissimum Deum, et armigerum dicunt, et ob id bello armisq. præsse uolunt. Adhæc in magno honore apud Romanos est habitus, quod Romulus Romæ conditor ex eo genitus uulgo credebatur. Attribuitur ei currus, ex animalibus lupus ob rapacitatem ex auibus picus quia militari seruiebat augurio ex herbis gramen quia in gramine solebant castrametari, eoq. uictores coronari.

THEATRVM MARCELLI

Vbi nunc Palatium Sabellorum.



Theatrum hoc extruxit Cæsar Augustus ad consecrandū imortalitati nomen M. Marcelli filij sororis suæ Octauiæ, cui etiam ob amorē quo matrē et filium prosequebatur adstruxit porticū eximiæ magnitud: et elegantiæ, inde templū hodie S. Mariæ in Porticu; Duob⁹ ordinib⁹ cōstabat hoc Theatrū dorico uidelicet et ionico. Vitruuius sane testatur fuisse ea specie ac pulchritudine qua aliud unquā fuit uisū Romæ, quo circa illud merito dicuntur fuisse imitati in quibusdā ædificijs describendis nobiliss.mi etiā architecti, ut M. Ang. Bonarota et Ant.us à S. Gallo, ut uidere licet in atrio eximij Ducum Farnesioꝝ Palatij à Paulo III. magna impensa extructi ad Theatrū Pompei. Septem Theatra Romæ huic nō adeo dissimilia uisebantur. Conſtruebantur autem Theatra ad dandas populo fabulas, recitandasq, comedias, tragediasq, nā a spectando theatrū dicitur. Hic Marcellus, delitiæ Populi Romani, futurus Imp. et successurus auunculo, quod propinquitate eum omniū proxime attingebat, nimirū nepos ex sorore, primam uxorem habuit Pompeiam Sexti coniugē, alteram Iuliā Augusti filiā. obijt adolescens in Baiano nō sine moerore Vrbis ne dicā Orbis de hoc cecinit Princeps poetaꝝ Virgil. F... Tu Marcellus eris et c.



CONSECRATIO·SIVE·INDIGETATIO·IMPERATOR·POST·OBITVM

Romanorū mos ac ritus erat, Imperatores post obitū consecrādi, et inaniū Deorū numero adscribendi, eos maximè qui imperio successores relinquebāt, primū enim tota Ciuitas atrata, in lacri-
mis, luctuq. uersabatur, deinde effigiē cæream, quæ defuncti oris lineamēta referebat, faciendā curabāt, eamq. in eburneo lecto composita, pretiosis pānis coopertam in sublimi loco ante ipsū imperiale uestibuli
collocabāt, ad læuā magna diei parte Senatores primi cōsidebāt, ad dexterā Romanæ heroinæ pro coniugū, uel parentū dignitate alba ueste indutæ simpliciter muliebrē mūdū omnē prorsus deponētes. Octo quidē diebus
huiusmodi ceremoniæ decurrebāt, quib. Medici feretro accedētes, et effigiei pulsū tentare simulātes, male deinde peius postremoq. animā exhalasse affirmabāt. quo dicto Senatores primi feretrū humeris p. uia sacram
in forū uetus, hoc est campū Martiū deportabāt ubi prēter duo hinc inde theatra unde iuuenes feminæq. nobiles næniās uersusq. lugubres decātabāt, moles A. ex lignis siccis, et scapis in quadrū cōstructa erat, intus sarmētis,
fœnoq. replecōss. foris uero B. cortinis auro elaboratis elegāter exculta C. eburneis statuis, uarijsq. picturis exornata, supra illā molem D. altera eminebat eiusdē artificij sed nō magnitudinis prēterquā quod patebat foribus et
fenestris itaq. gradatē ex imo loco ad sūmū fastigiū ascēdebatur ad eum quidē modū, quo pharus Aegyptia uidebatur extructa, quæ p. nocte accēsis ignib. nauigātes duceret nequa forte impingerēt, uel errarent. E. feretro igitur usque
ad hoc minus tabernaculū deportato, ibiq. deposito, magna aromatū, suffimentum, fructuū, herbarū, et unguētorū fragrātiū copia spargebāt. Interea F. equites quidā circū illā fabricā cū essedis, et currib. obequitabāt quorū aurigæ purpura,
et gausapi rubro induti p.sonā ducū et principū qui Imperatori defuncto seruierāt, suscipiebāt. tandē uero rebus his oībus pactis ipse imperio successurus G. acceso cereo igne turri ligneæ admouebat e uestigio flāmis in altū erūpentib. aquila H.
quæ in supremo domicilio latitabat in cœlū subuolabat. I. quaobrē stulti et adulatores Romani animā ipsius Imp. ab aquila in celitum numerū, et cōsortiū correptū clamitabāt hec omnia ne temere dicta uideantur a Blon
do multisq. antiquarijs accepimus qui quidem ex ueterum lectione ex 3 aneis numismatis altero quidem Ant. Pij altero u. M. Aurelij, qui huiusmodi fabrica exprimunt, tales ritus et architectura literis prodere non dubitarunt.

THERMÆ AGRIPPÆ

prope T. Pantheon



Thermas has Agrippa exædificauit retro Pantheon ad usū balnearū nam iccirco erant distincta loca tam calida quam frigida, ut hic exprimuntur selectiſsimis undiq, statuis adornata: præterea erant alia loca amplissima pro ex exercendis agitandisq, corporibus, ludisq, quibus expletis, accedebāt ad selauandū: loti et tersi conspergebantur aquis odoratis, ut luxui nil deeſſet. Aderant item labra siue lauacra et uasa ex lapide porphiretico refrigerandis membris æstiuis caloribus. Spheristeria quoq, forma rotunda accomodata ad lusū pilæ alijsq, ludis. Apodiſte: rium item erat locus seruandis uestibus, nam ubi se exuerant ad ineundā luctam eas cōmittebant custodiæ capsarij cui id incubebat. Aula etiam prægrandis erat intus forisq, statuis ornata, ut porticus picturis eximijs aliaq, huiusmodi quæſt faciebant ad oblectandū detinēdumq, socios amicosq, interim dum lauantes operiebantur, ut refert Vitruuius lib. 5. Ad conseruandam autem ualetudinē, thermaṛ balnearq, usus facit plurimū ut uult Galenus 3 de tuenda ualetudine.

ARCVS L·SEPTIMII SEVERI AD RADICES CAPITOLII



Arcum hunc idem S.P.Q.R. constituit L. Septimio Seuero in foro Romano ad radices Capitolij, ob rem præclare militiæ in Oriente præsertim administratam; nam deuictis Parthis, Adiabenis, Arabibus, Parthicus, Adiabenicus, ut ex inscriptione, reique gestæ monumentis in hoc eodem Arcu incisis, constat, est appellatus. Triumpho ei propterea non semel decreto triumphare renuit præcipue quod laboraret pedibus, nec posset iccirco currui triumphans insistere, permisit tamen ut M. Aurelius Antoninus eius filius triumpharet loco patris cui ea de causa fortasse simul cum patre fuit idem Arcus ab eodem Senatu constitutus. Qui ad hæc usque tempora etiamnum integer persistit, nisi quod nonnihil incendio, alijsq; barbarorum iniurijs læsus sit, altiusq; defossus: isti etenim ira ac rabie inflammati in hanc Vrbem adeo exarserunt, ut qua in homines uindicta exaturare se nequiuerint, eam in ipsas petras et saxa euomuerint.

DE HORTIS SALVSTII APVD ÆDEM S. SVSANNÆ



Constat ex S. Ambrosio forum, domum et hortos Salustianos ad eam fuisse partem ubi hodie situm est templum S. Susannæ qui quidem horti non solum proximam occupabant
uallē, sed ad portā collinā, quæ initiū dat uiæ Salariæ ad Sabinos fere usque :: secundū urbis mænia diffudebantur. cū aute per se ipsos celebres et laudabiles fuerint ob fabricæ suptuo:
sitatem, loci longitudinē, arboruq. amænitatē, nihilominus eo potissimum celebratur, in primis quod ibi ut Plinius refert hominū gigantēq. corpora miraculi gratia aſſeruabantur, qui
Fusio forte p antiphrasin, et secundilla, ac Gabbata uocabantur quor. ultimus Claudio Principe ex Arabia aduectus fuerat 15. pedū, et totidē unciar. nec tamen superior alijs, quos memo:
rat semipede addito sub Cæsare Aug. extitisse. Hanc quidem ueritatē postea cōfirmauit caput unū humanū mira magnitud: ibi cū hydrijs multis effossū in loco quē nunc Gyrlus dici:
tur, ubi et iacet obeliscus notis Ægyptiacis elaboratus. Deinde quod eo uentitare solebāt Imperatores, nā de Nerone Tacitus ita meminit uentitabat Nero ad Pontē Miluiū quo solutius Vrbem
extra lasciuiret, igitur regrediente p uia Flaminiā cōpositas insidias, euitatas, quoniā diuerso itinere Salustianos in Hortos remeauerit. Meminit et Vopis. de Aureliano maluisse in Hortis Sa:
lustij quā Romæ uiuere. collē autē ubi quota pars domus Saluſtij cernitur incolæ Salustricū appellāt, ubi effossū eſt marmor cū hac inscriptione. M. Aurel. Pacorus M. Cocceius stratocles æditui Vene:
ris hortor. Salustianor. base pauimēto marmorato Dianæ D.D. Salustiani tandē appellātur a Salustio quodā suo conditore qui in Africa Prætor fuit C. Cæsare adiuuante ubi amplissimas facul:
tates comparauit Romamq. reuersus pulcherrimam uillam ad Tybur emit, et huiusmodi hortos iuxta domum suam constituit.



Septizonium dicitur a septem ordinibus columnar, sibi mutuo in altitudinē superpositis uel a septē zonis mundi quod earum similitudinē referant, uel septodiū, ut
quibusdā placet, quod septem diuersæ uiæ in illud concurrerēt Seuerus Imperator dicitur illud extruxisse Ad noſtrā hanc ætatem tres adhuc ordines supererant, quos quoniam
ruinam minarentur Sixtus V. deturbandos curauit, lapidibus eius ad alia ædificia adhibitis ad quem autem usum Seuerus illud extruxerit, non conſtat sunt qui uolunt
ut esset quasi porticus montis Palatini Alij ad suam sepulturā iuxta uiam Appiā, ut Romam hac ex Africa ingredientibus obijceretur monumentum celebre cineribus sui
ciuis quamuis hostis suæmet huic nationi infestissimi, præcipue Leptæ patrio solo de quo etiam triumphauerat et fortasse ut suis quoque mortuus esset terrori qui:
bus uiuus fuerat. Non desunt qui uolunt a Tito fabricatū, quod is dicatur natus a Suetonio in uita prope Septizoniū et a Seuero deinde perfectū. Quidā archi:
tecturæ periti uix possunt adduci ut credant quomodo septem ordines potuerint sibi in tantam proceritatē insistere, quocirca putant dictū Septizonium
non a septē columnarū sed lapidum ordinibus qui ædificiū circum, Zonarum instar cingebant uarietas lapidum columnarum indicat ædificium hoc insigne
ex alijs ruinis ac uestigijs ædificiorū fuisse conſtructum, columnæ enim quædā erant porphireticæ aliæ striatæ.



Fertur forū hoc fuiſſe à Traiano opera eximij architecti Apollodori cōſtructū tā admirabili structura, ut quē admodū meminit Am. Marcellinus l. 14. Constātius. Imp. Constātī Magni filius Romā ingreſſus, ad inſpicienda Vrbis, de qua mira cognouerat, magnificentiā, ad forū hoc cū uenisset, obstupuisse dicatur splendore operis, animūq; despondisse, se posse quid simile efficere; solū Traiani equū locatū in atrij medio, qui ipsū principē uehebat, imitari se uelle dicebat et posse: cui aſtans regalis, ait Marcellin. Hormisda, respondit gestu gentili: Ante inquit Imperator stabulū tale condi iubeto, si uales. Circum forū excurrebant porticus columnis pulcherrimis distinctæ, statuisq; eo ab Alexandro Seuero collatis ex ruinis Vrbis. Dicuntur præterea fuisse hic præter equū Traiani uaria equorū simulachra ex metallo itē inaurato trophea quoque, scutaq; cū galeis cæterisq; militaribus ornamētis quibus erat aſcriptū inferius. Ex manubijs. In medio quoque foro quæ etiamnū hodie extat, conspiciebatur columna, in qua egregio artificio exculpta cernūtur omnes uictoriæ ac triumphi quot egregius iste Imperator ab hostibus plurimos reportauit: nam deuicta Dacia, quæ bis rebellauerat, domitis præter Hebræos rebelles Armenis, Adiabenis, Parthis, Dacicus Adiabenicus Parthicus, ut post eum L. Seuerus, fuit appellatus, quod cognomen ei postea Senatus confirmauit, a quo expugnatis quoque Arbela Gaugamelaq; Assiriæ Vrbibus arcum in hoc eodem suo foro meruit, Optimiq; cognomen. Verum admirabili Dei prouidentia factum est ut duæ columnæ Antonini et Traiani remanserint, quibus duæ columnæ Ecclesiæ Petrus et Paulus Sixto V. imponerentur.



Columnā Antoninā excitandā curauit M. Aurelius Antoninus in honorē Antonini Pij Patris a quo precib' Adriani fuerat adoptatus. Cernītur in ea exculpta bella eiusdē ac celebratæ victoriæ de Armenis Parthis Germanis Vandalis Sueuis et Sar:
matis Inter cætera cernitur A. Imago Iouis Pluuij alati promissis capillis et barba qui undiq, ex omnib' corporis partib' demittit pluuiā et fulgura et sub eo hostes prostrati et equi Romaniq, eos armis aggredietes et insequētes in fugā uersos. Hist.^(ra) rei gestæ
ex uarijs auctorib' refert Card. Baronius tom. 2. Ānal. ccc. nā cū Romani in Germania ab hostib' circūsessi et mōtib' cōclusi laborarēt aquæ penuria et siti ferme enecarētur X piani qui erāt in exercitu precib' a Deo obtinuerūt pluuiā ad recreādos Roma:
nos et fulgura et tonitrua ad prosternēdos hostes in fugaq, cōvertēdos. beneficiū motus Imp.^(r) a X pianis fuisse obtentū qui deinceps eis plurimū fauit et statuit ut eoꝝ accusatores punirētur ipsiq, liberi dimitterētur. Altitudo huius Columnæ fer:
tur ped. 175. fenestellas habet 56. quib' scala ut ipsa colūna cochlidis instar lumē admittit ad gradus 206. iam detritos his accēdebatur ad sūmū in cuius uertice extabat eiusdē Antonini statua ut ex numismatib' eius cōstat. eius loco Six:
tus V. Pont. Max. S. Pauli ex metallo inaurato imposuit statuā qui etiā eādē colūnā incēdio alijsq, iniurijs lesā iussit instaurari ac reffici forum in quo colūna erat eiusdē Antonini in Via Flaminia quod quidē forū adiunctā habebat
porticū cuius etiānū supsūt prope S. Stephani T. de trulo uestigia et 11. colūnæ marmoreæ ord. corint. ex 42 quib' Basilica Antoniana seu potius Neptuni T. cingebatur inter hoc forū et aquā urg. erāt septa in quib' Pop. R. ad ferenda
suffragia includebatur dicebatur septa seu etiā ouilia qd tabulis ueluti ouilia circū sepirētur his adiacebat mōticulus hodie M. Citorius ita fortasse dictus qd ibi ciues citarētur ad suffragia et inde separati ab alijs deducebāt
p pontēne alter alteri indicaret quib' suffragia tulisset huius pōtis meminit Suetonius in Caes. quē ex eo cōiurati deturbare ferme deliberarat. Nōnunquā in septis uaria dabātur spectacula et ludi Neronis ætate exhibitus fuit gimna:
cus quo nudi cōstigebāt et Aug. sæpe ludi senecī nimirū comediæ et trag.^(a) Utera. Antoninus tā pius quā M. Aur.^(us) egregius fuit Imp. ille pace hic militia insignis, ille nō tā Imperiū amplificare quā partū sapiēter tuerē studuit is
te bello clarus plurimas gentes a Romanis descīscentes perdomuit ad obsequiumq; reduxit.



Palatium Auguſti quod ipſe in Monte Palatino ubi ſpectat Auentinū, et imminet Circo Maximo in domo, in qua natus eſt, amplificata conſtruxit mira ſpecie et percommoda adiunctis ei porticibus egregijs columnis exornatis, bibliotheca item inſtructiſsima libris. tam latinis quam græcis ſtatuis quoque et picturis. addito atrio forma ſphęrica ad præbenda uaria ſpectacula Imperatori et nobilitati uniuersæ. duobus quoque locis hinc inde dextra ſiniſtraq; tractandis flectendisq; equis militibus quoque præſidiarijs et his ſeorſim a Palatio ſuis habitationibus attributis. Apollini etiam ibidem Auguſtus, ut ait Suetonius c. 29. ſuum conſtituit templum cuius in faſtigio extabat currus Solis qui auro obductus mirum reddebat ſplendorem. fertur quoque hic nata laurus, eodem quo Auguſtus natus eſt die, cuius deinde ramis triumphantium et Imperatorum ſolita erant cingi tempora: in medio præterea collis Palatini collocatum erat templum fidei a Numa Pompilio, quod ue:tuſtate collapſum reſtituit Auguſtus. De reliquis Palatini locis dicemus alibi. Sicut autem hic ædificiorum ſplendor uidebitur ob eorum magnificētiam fidem excedere, is mirari deſinet cum contemplabitur Romanorum ubiq; terrarum potentiam, potiſsimum cum plerunque ædificia ab uno inchoata perficerentur ab alijs, ut factum eſt in his Palatini montis ædificijs.



Ad templum et Coenobiũ S. Crucis in Hieruſalem, quod olim Veneris et Cupidinis fanũ fuit hodie unũ è ſeptem toto orbe eccleſijs celeberrimis peregrinationis ac pietatis ergò quò uniuerſæ nationes christianæ criminũ ſuorũ ueniam adepturæ diuinæque gratiæ implendæ plenitudine confluunt ubi uiri Religioſi Ciſtercenſis ordinis habitant qui cruce Chriſti Domini cuius ſub titulo et uexillo militant in corpore ſuo portant. conſtat ſtetiſſe Tauri Statilij Amphitheatrũ uarijs ornatũ lapidibus, ut memorat Albertinus in opuſculis, cũ tamẽ tota hęc intus fabrica ex lateribus ſtetiſſet cuius quidẽ et nõ alterius amphitheatri ueſtigia ibi quæ uidentur, eſſe idẽ Autor affirmat, et ſanè uerius quã alij qui exiſtimant illa ex Caſtrenſi reſtare amphitheatro, de quo alibi. hodie maiori ex parte dirutũ coniunctũ urbis mœnibus conſpicitur cũ priſcis illis temporibus ab urbis mœnibus omnino abfuiſſet, quod ut bene notauit Faunus facile indicat coarctata nunc eſſe Romam. Auguſtus cũ Romã ædificijs magis ac magis augeri, et illuſtrari uoluiſset ſuaſit huic Romano nobiliſs.º atq. ditiſſimo, ut huiuſmodi amphitheatrũ cõſtrueret. fecit quidẽ cæterũ nõ ad eam, quã deinceps alij alia, magnitudinẽ perduxit; tũ quia priuatus uir illud fecerit; tum etiã quod exprimis amphitheatris fuerit, atq. eo tempore Romanos gloria ſtrudi amphitheatri nõ dum cepiſſet ut poſtea. affirmat namque Lipſius in ſuo amphitheatro et L. Faunus poſt C. Cæſaris amphitheatrũ quod in campo Martio ſtruxerat, Statiliũ ſuum ædificaſſe, quem poſtea Veſpas. ſecutum maximũ illud condidiſſe quod uocamus coliſeum.

AB



Hoc Templū ut uidetur fuit in foro Romano, decem ad huc extant eius columnæ, et aliquot ab hinc annis ingentes ibi aliæ fuerunt erutæ cū marmoribꝰ antiquis alijsq; uestigijs in fronte præfert hanc inscriptionē D·ANTONINO ET D·FAVSTINÆ EX S·C·Verū cū nescio quo casu corruisset, ex eius uestigijs quæ super fuere ædificatū fuit Templū diciturq; S.Laurentij in Miranda· Solitū autem erat gentiles Imperatoribꝰ præsertim templa dicare, eisq; in numerū Deoꝝ relatis Flamines & sacerdotes attribuere ab eorū nomine nuncupatos· quod fecit Antoninus Pius Hadriano Patri et sane si quibus unquā Imperatoribꝰ id debebatur, debebatur duobꝰ præcipue Antoninis Pio patri et eius filio adoptato Philosopho, quibꝰ ad optimos Imperatores uidetur nihil defuisse præter cognitionē fidei Xpianæ. Hoc miror quomodo duabꝰ Faustinis eorū coniugibꝰ de pudicitia suspectis huiusmodi honores senatus decreuerit nam de illa Antonini Pij hoc habet Iul. Capitolinus multa inquit, de ea ob eius libertate et uiuendi facilitate dicebātur: et hæc merita fuit hos honores ante Antoninū ipsū, nam 3.º Imperij sui anno eam amisit, quæ à Senatu consecrata est delatis Circensibus ac templo et Flaminicis et statuis aureis atq; argenteis, et ipse Antoninus hoc concessit, ut imago eius cunctis Circensibus poneretur altera uero Faustina Antonini Philosophi coniux adeo fuit suspecta de adulterio ut ipse Cōmodus Imperator eius filius creditus fuit ex adulterio natus.

BASILICA CAII ET LVCII



Inter templum S Bibianæ, et Vrbis moenia referente Marliano stetit Caij et Lucij Basilica, quã quidẽ Auguſtum sub eorum principum nomine sibi nepotum ædificasse autor est Suetonius. tametsi L. Faunus totum illud ædificiũ Lucij et Caij nomine non appellet sed porticũ duntaxat, quam una cum Basilica idem Augustus extruxit. cogimur quidem hoc credere ex corrupto uocabulo quo iste ad huc locus insignitur: nam hodie thermæ Gallutij dicitur; non quia ibi thermæ aliquæ sumptuosæ fuerint Lucij et Caij nomine conditæ: sed enim ut bene notauit Faunus quòd omnia ingentia ædificia thermas uulgus appellet: quem admodum et omnes statuas grandioris magnitudinis, colossos nominari non piget. præterea concamerata fornix quæ ad huc integra permanet attestatur qua præter Pantheonis illam mirabile nullã aliam superiorem inuenies. quia uero Basilicæ nomen incidit, sciendũ est ex Blondo Forliu. et Marliano Basilicas fuisse loca ubi solitum erat ius dici negotiatoresq frequẽter uersari. ut manifeste docet Vitruuius, his uerbis Basilicarum loca adiũcta foris quã calidissimis partibus oportet constitui, ut per hyemem sine molestia tempestatũ se conferre in ea negotiatores possent.

A.B.

THERMÆ·NOVATIANÆ HODIE TEMPLVM·S·PVDENTIANÆ.



M·Nouatus frater SS·Virginum Praxedis et Pudentianæ thermas habuit non minoris structuræ et elegantiæ, quam multæ, quæ tunc Romæ erant Nouatianæ ab ipso uel conditore, uel possessore appellatæ· quas uidere est ex uestigijs quæ hodie uidentur in templo S·Pudentianæ nempe pauimenta uetustissima, fumosaq. cum caniniculis· ut diligenter Faunus annotauit Quas quidem thermas ut in ipsarum uirginum legendis traditum est ipse Nouatus è uita migraturus cum alteri suo fratri presbitero Timotheo ex testamento relinqueret ipse Timotheus nihil terrenæ possessionis auidus, quippe qui ut uerus Chriſtianæ pietatis cultor et suasor ad celestes diuitias aspirabat, eas recusauit· quam obrem Praxedes eius soror Pium primum Pontificem rogauit, ut eas in templum ubi Deus Sanctiq. pie colerentur converteret· Antea in hoc loco creditur S·Petrus princeps Apostolorum et primus Christi Vicarius sacram rem primam operatus fuiße ibi que multos rebus chriſtianis initiatos fuisse ipsa legenda commemorant, et 3000·SS·MM· corpora in cryptis sepulta iacet, quæ ab eadē S·Virg· et sorore illius Praxede sauiente persecutione ibidē fuisse humata, eiusdē Ecclesiæ monumenta tradunt. Quam nuper uetustate collabente Ill.mus Henricus Caetanus S·R·E·Card· Camerarius, et III·legatus decentiss.e restituit, ac Monacis Ciſterciensibus Congr.is B·Mariæ fulliensis in colenda tradidit et sacellum in quo primeuæ Ecclesiæ chriſtiani sacro Bap.te initiabantur, ita exornauit, ut nulli neque marmorū, uarietate et pretio neq. totius operis pulchritudine et præſtantia cedat.

DOMVS·AVREA·NERONIS·AB ÆDE·S·IO·ET·PAVLI·COLOSSEV·VERSVS·AD HORTOS·MÆCENA·



Prodigiosus, ut in omni genere uitior, fuit Nero ita et tanquã effusiss. sugillatur ob eã domũ precipuè quã Romæ edificauit quę referente Marliano totũ id spatiũ occupauit, quod incipit ab æde nunc SS. Io: et Pauli recta eundo ad colosseũ et carinas quousq ad aggerẽ Tarquinij pueniamus, et Mæcenatis attingamus hortos, de qua fusius meminere Tacitus et Sueton. hanc ut extrueret innumerabiles Ciuium domos demolitus est, quod è cõtra Aug. in suo foro fecerat. unde mordax illud epigrãma ortũ habuit. Roma domus fiet, Veios migrate Quirites, Si nõ et Veios occupat ista domus. nec mirũ cũ Plin. ita quoque testetur. et quota pars ea apparatus fuit aureæ domus ambiẽtis urbẽ. Aureã appellauit, cũ antea trãsitoria diceretur ut scribit Sueton. postquã illã incendio semel absumptã restituit. At uero primũ ei nomẽ quadrare uidebatur cũ domus hec aurea ita trãsierit, ut nec uestigia iã eo tẽpore successores eius remanere uoluerint. Intra domũ test. Plin. ædẽ Fortunæ inclusit, que ex lapide phengite translucens forib' clausis claritate diei intus haberet. Sueton. mira de domo ista prosequitur his uerbis vestibulũ eius fuit in quo Colossus CXX. pedũ staret ipsius effigies tanta laxitas ut triplices porticus milliarias haberet. item stagnũ maris instar circũseptũ ędificijs ad urbiũ specie, rura insuper aruis atq uinetis et pascuis, siluisq uaria cũ multitudine oĩ generis pecudũ, ac ferar, in ceteris partib' cuncta auro lita, distincta gẽmis, unionũq conchis erant. Cęnationes laqueatæ tabulis eburneis uersatilibus, ut flores fistulis et unguenta desuper spargerentur.



Templum hoc in Auentino monte construxit Claudia Vestalis in honorem fatuæ Fauni filiæ castissimæ; dicitur autem hæc tantæ fuisse pudicitiæ ut nemo illam dum uixit præter uirum suum mas unquam uiderit, quare ei solæ mulieres exclusis uiris quibus ne locum inspicere fas erat in operto sacrificabant. Clodius autem quod pro magno scelere de illo refert Cicero eo libidinis processit ut ausus fuerit ementito habitu ac muliebri specie illis interesse eaq; stupro polluere. Dicebatur autem Bona Dea uel quod eius nomine terrā intelligerent, quæ nobis omnia bona aduictū suppeditat, uel Cererē Deam frugum quæ ex terra nascuntur; appellabatur quoq; Diana, Lucina, Triuia Argentea, quæ omnia sunt Lunæ nomina uel quod nocti præesset et nocturno tēpore hæc sacrificia fierēt, uel quod Diana esset castiss.ª Virgo in siluis perpetuæque nationi dedita ut hominū consortia fugeret, uel Lucina quod parientibus præesset, nonnunquam etiā uocabatur Proserpina seu Hecate inferni Dea quod huic quoque mulieres passis crinib⁹ noctu ad tedarū lumina sacra facerēt. Hæc a nonnulles dicitur fuisse Iouis, ab alijs Hyperionis ex Latona filia unico partu cū sole seu Apolline edita. De hac mira fabulāt Poetæ et præsertim Ouidius.

DE TEMPLO MERCVRII



Quamuis olim ea Architectonicæ artis regula fuerit ex Vitruuio et alijs ut Deorum templa certis in locis statuerentur et hac ratione Mercurius forū sibi uendicaret. Nihilominus
immutatū hunc ordinē uidimus, nam eundem Mercuriū ædem ad Circū maximū habuisse constat ex Ouidio, ubi statua ipsius posita erat, pretiosis ornata margaritis. Fingitur Mer:
curius Iouis et Cyllenes Nymphæ Arcadis fuisse filius Deorū caduceator atq. interpres, cui quidem Virgilius et alij talaria hoc est pennas pedibus addunt ad uolandum, fatalem
uirgam in manu gestare dici ut eas animas ab Orco reuocet, ac rursus eodem præcipitet, nec minus et somnos addat, atq. eripiat. Statius Papinius eidem galerum, quo uolando nu:
bes asserent, attribuit. eo Pater ipsius Iupiter usus est ad multas legationes obeundas, necnon et lenone ad sua stupra et adulteria celanda ut passim uidere est ex ipsis
ethnicis Poetis. Itaque si Iouem lasciuum, et adulterū faciebant filium quoque eius Mercurium, lenonis officio, ut eius legationi fides haberetur, honestare consueuerant. Mer:
caturæ Musicæ, eloquentiæ præesse fingebatur. si tamen altius huiusmodi superstitio repetatur. inuenietur sane iam apud Phenices, Alexandrinos, Ægiptios sub nomine Missonis
Tor, aut Tod ut inuentorem litterarum celebre numen extitisse,

FORVM NERVÆ



Erat hoc forum retro templū nunc S. Adriani prope forū Romanū iuxta uel inter forum Augusti et Cæsaris; adhuc pauca quæ extant uestigia sed nuper deiecta indicant porticus et ædificij: elegantiam. ostendunt autē porticū fuisse eximiā columnæ ingentes striatæ opere corinthio. cælaturæ lapidū hic quoque uisebantur artificio admirabili quæ ostendunt opus exactissime fuisse perfectū. Aiunt inchoatū fuisse a Domitiano, sed deleto eius nomine exoso, Neruæ optimi Imperatoris nomine fuisse insignitum opus. quod quidem uerosimile uidetur quod Nerua tantū uno anno et quatuor mensibus imperauit. Nunc deiecto ueteri templo S. Petri epistilia ex marmore columnis eius templi imposita ex inscriptione nominis Neruæ ostendunt ea fuisse ex hoc foro ad construendū illud templū a Constantino Magno translata, et fortasse etiam columnæ inde fuere allatæ quæ numero centum istud templū præclaro ac longo ordine sustinebant. Hæc nrā adhuc ætate legebatur inscriptio IMP. NERVA: CAESAR: AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. II. IMP. II. PROCOS. quod quidē forum pulcherrimis statuis intus et foris erat exornatum de quo scribit Spartianus

DE PALATIO·SEV·DOMO ET ATRIO·FLAVII·CONSTANTINI·IMP. APVD BASILICAM LATERANENSEM



Prope Basilicā S. Ioannis cognomento Lateranen. è regione Monte Cælij dicta, situ fuit Fla. Conſtantini Palatiū Lateranēſe appellatū a uiro quodā Patritio et consulari maximę apud Rempu. autoritatis qui Lateranus dicebatur quē, cū esset Consul, crudelissimus Nero iussit interficij ædes uerò istius amplissimas post longum temporis spatiū Conſtantinus Imp. obtinuit, quas amplificauit ac poſtremo S. Silueſtro Pont. Max. cōcessit et ab illo usq̄ hoc temporis Lateranēſe Palatiū, quæ admodū et Basilica ei proxima nuncupatur. De hoc uiro Laterano et ipsius ædib⁹ meminit Capitolinus his uerbis M. Aurelius educatus eſt in eo loco in qua natus est in domo aui sui iuxta ædes Laterani. iste Iuuenalis clausit et egregius Lateranos, obsidet ædes tota cohors. Fuit Conſtantinus S. Helenæ filius, qui Maxentiū nequissimū Romæ imperatorē superauit cruce in cælo uisa his uerbis ornata In hoc Signo Vinces. In chriſtianos beneuolus et mag.^mus^ extitit, Imperator Romæ cōſtitutus occasione lepræ qua laborauit, ad quā balneū ex infantiū sanguine preparauerat, opera S. Silueſtri Sum. Pont. baptizatus sanatur. Deinde fusis Maximino et Licinio Tyrānis tranquille uixit prudēter, et animose se gessit, totū Deo et Ecclesiæ uniuersæ atq̄ priuatis se dedit. Arianā heresim cōcilio Nyceno cōuicit, Idolatriā euertit, Religionē Christianā propagauit adeo ut Regē Persar. ad ritus Chriſtianos induceret. meruit igitur Magnus cognominari, et a Senatu Rom. humanæ generat.^is^ instaurator Imperij amplitator et pacis ppetuæ cōseruator appellari et ideo a SS. Greg. et Ambrosio et alijs abundātiss. cōmendari tandē uero Opt.^mus^ Imp. indignū iudicās Maieſtatē suā Romæ totam Rom. Pontifice exercere, cui submissionē deberi cognouerat, deliberauit eā relinquere Cristi Vicario, et Conſtātinopolim suo nomine reedificauit ubi Imperiū habuit. Tandē uero ex morbo piissime moritur. quod autē unus Platina existimet Conſtātinū leprā nō laboraſse et quidā alius affirmet in fine uitæ sacro fōte ablutū fuisse et in Arianā peste incidiſse allucinat.^r^ pfecto nomine Patris p Filij ciusd. appell.^er^ accepto.

ARCVS CONSTANTINI IVXTA AMPHITHEATR. VVLGO COLOSEVM.



Arcum hunc Conſtantino posuit S·P·Q·R· ob reportatas uictorias, sed præsertim ob liberatã Vrbem quam tyrãnice inuaserat et administrabat Maxentius, profligato eius exercitu longe suo licet numerosiore ad pontem Miluium ubi Maxentius ex fuga quoniam iam longius Conſtantino obuiam prodierat, reuersus, de ponte artificiose coniunctis lintribus composito, in Conſtantini ruinam, prolapsus in Tyberim, cum magna suorũ manu misere perijt. Narrat Eusebius lib. 9 hist. Eccl. Conſtantinũ hanc uictoriam obtinuisse diuinitus uirtute S. Crucis, quam dubius de futuro belli exitu in cælo mira luce circumfusã uiderat his uerbis: IN HOC SIGNO VINCES: *quamobrem adeo deinceps felicissimis crucis auspicijs confidit, ut eam perpetuo exercitui suo ad modum Labari præferri iuſſerit. Vrbem uictor ingressus non solum hic Arcus, uerum etiam statua fuit ei collocata manu dextera crucem gestans, his uerbis* HOC SALVTARI·SIGNO·VERÆ·FORTITVDINIS·INDICIO·VRBEM NOSTRAM LIBERAVI·

THERMÆ CONSTANTINI IMPERATORIS

Ad Templum S. Siluestri in monte Quirinali



Thermas has in M. Quirinali Cōſtantinus Mag. cōſtruxit Perpēna ciuili bello deiectas, ut infra dicitur reſtituit, sed ijs uetuſtate ferme collapſis in eodē ſoli ueſtigio ibi eas Xpianiss.mus Imp.or Romanæ Eccleſiæ amplificator extruxerat eiuſdē S.R.E. Ill.mus Card. Burghesius Pauli V. eidē Eccleſiæ nūc feliciter præſidētis nepos eiuſmodi ædificiū cū adiunctis hortis excitat, quod haud ſcio an ſuo ſplendore ueteri, licet ſplendidiss.o, ut ex eius ueſtigiis nunc ad hanc nouam fabricam deiecti conſtitit ullo modo cedet. Imperatoris thermarū ueſtigia, quæ eximiæ fuiſſe magnitudinis, et elegantiæ teſtificantur. omnibus ſuis membris acuminæris abſolutiſſimæ fuerunt. quippe quibus nec picturæ, nec ſtatuarum ornamenta deerant, quarū tres pedeſtres ipſius Imperatoris in habitu militari hodie in Capitolio iuxta ædē cognomēto Araceli conſpiciuntur ut bene annotauit Lucius Faunus. quarū thermarū maieſtas et ſplendor ex eo conijci poteſt. quod in maximo pretio habebantur à S.P.Q.R. enimuero, cū belli immanitate, et inſolentia deformatæ, et ſemidirutæ extitiſſent Petronius Perpenna Vrbis præfectus ex ordine ſenatus, ſumptuque publico reconcinnauit ut in ipſarū ruinis hæc in marmore teſtatur inſcriptio. Petronius Perpēna magnus Quadrantianus V.C. MI. Præf. Vrbis Thermas Cōſtātinianas longa iniuria, et abolendæ ciuilis, uel potius fatalis cladis uaſtatione uehementer afflictas ita ut agnitione ſui ex omni parte pdita deſperatione cūctis reparationis adferret; deputato ab ampliss. ordine, paruo ſumptu quantū publicæ patiebatur anguſtiæ ab extremo uindicauit ex prouiſione longiſſima in priſtinam faciem ſplendoremq. reſtituit.



Hoc Theatrũ optime describit Plinius lib. 36. his uerbis Hic nimirũ Scaurus; fecit in ædilitate sua opus maximũ omniũ quæ unquã fuere humana manu facta nõ temporaria mora uerũ etiam æternita:
tis destinatione Theatrũ hoc fuit: schena ei triplex altitudine 360 columnas; in ea ciuitate quæ sex hymetias non tulerat sine probro ciuis amplissimi ima pars schenæ e marmore fuit. Media e uitro
inaudito etiam postea genere luxuriæ sũma tabulis inauratis columnæ imæ duodequadragenũ pedum signa ærea inter columnas fuerunt tria millia numero. Cauea ipsa cepit hominũ 80000 cum
Pompei amphitheatri toties multiplicata urbe tantoq; maiore populo sufficiat large 40000 sedente sedet reliquus apparatus tantus attalica ueste, tabulis pictis, cæteraq; cura fecit ut in
Tusculanã uillã reportatis quæ superfluebant quotidiani usus delitijs incensa uilla ab iratis seruis concremarentur ad sextertia 1000. Aufert animum et a destinato itinere digredi cogit
contemplatio tam prodigæ mentis Hæc Plinius qui nõ uidetur probare tantum luxum quod nimium excederet modestiã uetera Romanor; Adijcit deinde maiora de C. Curione qui
Scaurũ uoluit superare altero theatro quod fecit immo potius duobus e ligno Theatra (inquit paulo inferius) iuxta fecit amplissima e ligno cardinũ singulor; uersatili suspensa libra:
mento, in quibus utrisq; ante meridiano ludor; spectaculo edito inter sese auersis, ne inuicem obstreperent scænæ, et repente circũactis ut constiterant. Postremo iam die disceden:
tibus tabulis et cornibus inter se locantibus faciebat amphitheatrum, et gladiator; spectacula edebat ipsũ magis auctoratum populũ Romanũ circũferens hæc ille.



In una Quirinalis parte inter duos colles olim scilicet montē Apollinis appellatū et ubi capitoliū uetus fuit, iacet uallis exigua, quæ Floræ Circum continebat. Quæ quidē uallis muris erat circumdata ad ludos Florales, qui per infames et impudicas Meretrices sūmo cū dedecore foeminei sexus edebantur. Quis antiqui autem P. Romani auaritiam, et superſti-tionem non admiretur eo magis quod ipse rerum Dominus sibi hanc beluinam nedum humanā turpitudinem persuaserit: ut eiusmodi spectacula fieri in ciuitate non modo sineret sed etiam conſtitueret ductus cupiditate ingentium diuitiarum quas ista Flora cum meretrix esset eximiæ pulchritudinis meretricio questu comparauit et illi reliquit eo pacto ut singulis annis in die natalis sui similes ludos ederet. ut refert Lactantius. qui quidem pudore suſfusus cum hanc celebritatem sub nomini Floræ, quam Deam Florū putabat, cohonestaret, in maius absurdum deuenit, simili ritu Deos suos celebrari debere exiſtimans. Fingitur autem Flora Dea quæ floribus præest, in quos à Zephyro uento amænissimo potestatem accepit in pretium uiolatæ pudicitiæ ut meminit Ouid. quam postea ipse duxit uxorem, et Cloræ in Floræ nomen immutauit. Huic ergo deinceps Ludos celebrare dicebant ut in frugibus atq. arboribus flores conseruare dignaretur. Quid tamen mirū si tunc ab scopo Chriſtianæ Religionis aberrabat.

ARCVS TITI VESPASIANI



Arcum Tito Vespasiani filio optimo Imperatori ita ut delitiæ generis humani diceretur S.P.Q.R. ad caput Comitij in uia sacra statuit, ut uictoriarum eius monumentū et præsertim ob expugnata Hierosolyma quæ tandem post acerbiſsimam omnium fere obsidionē cepit, ad eam enim obseſsos redegit inopiā, ut quod Iosephus narrat Hebræus, mater propriū infantem (proh nefas) fame coacta, igni aſsum uorauerit, quæ omnia acci: dere, ut recte animaduertit Euseb. lib. 3. hist. Ecc. ita quemadmodū a Xpō Dnō fuerant prædicta, ob cuius indignissimā necē tantā calamitate subiere, adeo ut Titus ipse, alioquin ingenio clementissimus, miratus tantā stragem, sublatis in coelū manib⁹ Deum teſtatus, dixerit, opus suum nō esse; numerus cæsorū et fame enectorū, præter abductos in triumphū, et ad metalla damnatos supputatur fuisse undecies centena millia. Ad monumentū huius uictoriæ, ab uno latere Arcus conſpicitur currus quadriiuga quo Imperator triumphans uehitur præcedentib⁹ 12 lictorib⁹ cū suis quisq; fascib⁹, ab altero candelabrū aureū, tabulæ legis, mensa aurea, uasa oīa ex auguſtiſs.º Salomonis templo sublata.

Huius adhuc cernuntur ueſtigia iuxta amphitheatrum Titi. dicebatur Sudans, quoniam ex ea defluebant aquæ abundantes ad reficiendos eos ſitimq, eorum ſedandā qui ſpectaculis in amphitheatro interfuerunt. dicitur in eius ſummitate ſtetiſſe Iouis ſtatua uel potius pila coniectura ducta ex numiſmatibus Titi ubi eius modi meta cernitur. erat hæc compacta e lateribus ad cognoſcendum locum: uides hic ab uno latere amphitheatrum Titi, ab altero Arcum Conſtantini. Vides hic præterea Ioannem Groſsū Heluetium pro more ſuo nobilibus Germanis antiquitates oſtendentē Romanas, cuius ipſi, ut etiam nobiles Galli, ſunt inſpectores curioſiſsimi et merito quidem, nam præter quam quod decet honeſtos uiros huiuſmodi honeſta occupatio ad ponendum tempus utiliter et cum uoluptate interim dum alij illud impendunt, pecuniasq, profundunt in res cum honeſtate pugnantes et in plurima mala quæ ſecum ſolet afferre otium malorum omnium origo, proficiunt etiam hac cognitione ad cognoſcendam rerum omnium uiciſsitudinem quomodo plurima nunc iaceant quæ olim floruerunt, adde quod multum facit hæc cognitio antiquitatis ad intelligendos et interpretandos profanos auctores.



Amphitheatrū hoc quod erat in medio Vrbis fuit a Vespasiano Imp. ex Tiburtino lapide inchoatū, perfectū a Tito præsertim ac Domitiano eius filijs, uel potius, ut alijs placet, pfectū quidē fuit a Vesp.^{no} a Tito autē dedicatū, et a Domitiano exornatū. Quatuor cōstat ordinib.⁹ dorico nimirū ionico, corinthio, et composito; altitudo eius fertur palmorū 221 $\frac{1}{3}$ latitudo seu diameter 760 Romanos pal. cōplectitur, si eam dimetiamur ab ambitu seu circulo prima eius exteriori, nā alioquin, cū ut Amphitheatrū sit compositū ex duob⁹ ueluti theatris, ac propterea cōpertū sit intus habere formā circuli potius oblongi, instar oui, quā rotundi, eius longitudo reperta fuit ab ijs qui eam sunt dimensi esse 820 pal. capiebat 87 millia spectatiū uarios ludos, certamina, tā gladiatoꝝ, quā cū bestijs pugnātiū, quæ ibi ad oblectādū populū frequētius edebātur: spectabāt autē oēs ꝑmiscue, postea statutū ut senatores seorsim spectarēt a cętera turba, quodquidē plebs ægre tulit; locus erat factus, ut si quis tardius ad spectādū accederet, aut citius, nondū finitis, alicui erat recēdēdū, id quidē posset absq. alioꝝ impedimēto, porticib⁹ ita seu gradib.⁹ accomodatis, ut etiā ex uestigijs hactenus extātib⁹ potest agnosci. Inter alios autē qui cū bestijs pugnarūt, uel ad bestias dānabātur, erāt inocētes Xpiani, et p̄cipue fama est S. Ignatiū fortiss. illū Xpi M. Io. Ap. discipulū hic leonib⁹ fuisse obiectum.



Vespasianus octauo anno cõsulatus sui hanc molẽ in media urbe cõstruxit, quod liquet ex nummo cuius inscriptio Imp. Cęs. Aug. Cos. 8 P.P. et parte alia ipsumet amphitheatrũ expressũ. quod tamẽ Titus F. absoluit autore Lipsio: ac tempore decurrẽte M. Antoninus Pius teste Capitolino, deinde Heliogabalus referente Lampridio instãrauit. hodie trito sermone uulgi Colisseũ dicitur, quia Neronis cũ capite colossus in uicinio erat, quod et Lipsius diligẽter ãnotauit; quo etiã loco pars domus Neronis extitit, et eiusdẽ stagna fuisse cõstat ex Martiale hic ubi cõspicui uenerab.lis amphitheatri erigitur moles stagna Neronis erãt opus amplis.s, et ab antiquis decantatiss.um fieri, unde caput urbium potuisset. et Martialis citra adulatione dicere potuisset. Omnis cęsario cedat labor Amphitheatro, unũ pręcunctis fama loquatur opus. quid miũ si hodie a nobis spectantib. ita semirutũ atque cęsum ut Lipsij uerbis utar scintillas emittat prisci splendoris. eo sublimius quod Amianus affirmet ad ipsius sũmitatẽ ægre oculos humanos cõscendere. eo capacius, quod P. Victor referat 87 millia cepisse loca, intelligens tñ de sedilib. gradarijs nõ autẽ de pulpitis in quib. sedisse cõmodi uult octoginta septẽ millia hominũ. Amphitheatrũ ideo dictũ quod ea duobus quasi theatris cõficeret, quamuis Lipsius concedat id fuisse forma paulomagis porrecta et oblonga. cuius et oĩa membra, ornamẽta, et munera ipse accuratè et luculẽter prosequitur in suo amphit.ro et Saturnalib. refert autẽ Dion Niceus Titũ p dies 100. in hoc suo amphit.ro gladiatores, Naumachias et uenatus edisse die namq. dedicationis amphitheat. elephantes, ursos, apros et Pantheras taurosq. ferociss.os immisit, quin etiã grues quę erat ad num. 9 millium quos à fœminis ignobilib. fecit occidi deinde gladiatores exhibuit qui hostili animo se mutuo incidabãt, ut Ioui latiari uel infernali ut uocat Prudẽtius cuius ara ibi erat se cõsecrarẽt. tãdẽ p ductus et meatus aqua, in amphit.rum e uestigio erupẽte naues hinc inde nauigãtes, et inter se pugnãtes aspiceres, tãdẽ uero multi ob fidẽ Xpianã hic spectaculũ facti fuerũt, Deo Angelis et hominib. inter quos S. Ignatius Xpi frumẽtũ electissimũ bestiarũ dentibus emolitus ad cœlestis beatitudinis deportatus fuit horreum.

DOMVS P. S. AFRICANI

Ad S. Georgium in Velabro.



Non procul ab eoloco qui S. Georgius in uelabro dicitur ad signumq. Vertumni Domus P. Africani extitit magnifice ut tantū uirum decebat, extructa quā Liuius scribit lib. 4. dec. 5. ex pecunia quādā publica postea Titum Semproniū emisse, ut ibi basilicā de suo nomine faceret, his uerbis Titus Sempronius ex ea pecunia, quæ ipsi attributa erat ædes P. Africani pene ueteres ad uertumni signum laneasq. et tabernas coniunctas in publicum emit basilicamq. appellandam curauit, quæ Sempronia appellata est. P. Scipio cognomento Africanus ea fuit animi magnitudi: ne, ut de se quid magnum ac diuinū cogitandi, fabuloseq. dicendi materiā suis dederit. Nam decem et octo annos natus adolescens patrem apud Ticinum fluuium singulari uirtute seruauit; clade cannensi nobilissimos iuuenes Italiam deserere cupientes sua autoritate compescuit: reliquias incolumes per media hostium castra canisium perduxit. XXIIIJ. annorum Prætor Hispania missus Carthaginē, qua die uenit, occupauit. a Virgine Hispana obsidibus sibi data, quæ omniū sua ad se oculos pulchritudo rapiebat, abstinuit, atq. uel ab eius con: spectus temperauit. Asdrubalem Magonemq. fratres Annibalis Hispania propulsauit. Amicitiam cū Siphace Maurorū Rege coniunxit, Masinissā in societatem recepit. Consul ante annos factus Africā classe traiecit Hasdrubalis et Syphacis castra una nocte prorupit; reuocatum ex Italia Annibalem superauit uictis Cartaginensib. legem imposuit un: de Africanus cognominatus tadem repetundarū accusatus, librū rationū in conspectu populi scidit. ac die inquit Carthaginē uici deinde in uoluntariū sese amandauit exiliū ubi reli quum ætatis suæ uixit, ac moriens Vxorim ne comitteret ut corpus suum Romam referrentur cum ab ingrata patria sua ossa possideri recusaret.

CVRIA SALIORVM IN MONTE PALATINO



In monte Palatino Curia Saliorum fuit eo memorabilis, quòd autore Cicerone lib. de diuinatione cum eadem curia conflagraret incendio inuentus est ibidem Romuli Lituus incombustus ac integer, a Dæmone quidem præseruatus, ut nefariam augurandi disciplina, quæ impie lituo fiebat, miseris Ro: manis suaderet. Salij Sacerdotes à Numa Pompilio duodenario numero constituti, quem postea Tullus Hostilius auxit ad 24 qui et deinceps in plurimos abierunt adeo, ut numerosiſsimum collegium constituerent. Nemo Salius creari poterat, quin utroque parente orbatus extitiſset. Pileum, quem et apicem uo: cant, gestare consueuerant, trabea hyanthini coloris ueste utebantur, ut conſtat ex numismatibus Antonini Pij, atq. Cæsaris Aug. Hos quidem Salios scribit Liuius Mense Martij in Martis Gradiui celebritate in ipsius honorem Salarium carmen cantantes per Vrbem discurrere, atq. saltantes, unde salij appellati, ancile uibrare manu ad illius scuti formā confectum, quod à cælo in regiam Numæ fuisse lapsum fabulosa tradebat antiquitas. quem ut saltum siue tripudiu agitarent æneis baltheis gladioq. accingebantur, togas fibulis annectebant. Alias dextra lanceam, aut uirgam ferentes, leuaq. thracia peltam sculpi, pingiq. solebant.

SERENISSIMI·PRINCIPIS·RANVTII·FARNESII
PARMÆ·ET·PLACENTIÆ
INVICTISSIMI·DVCIS
AVSPICIO·
ANTIQVÆ VRBIS SPLENDORIS
CŌPLEMENTV̄
IN QVO ROMANORVM IN TERRIS MARIQ; COPIÆ·DIGNITAS MILITARIS·OMNES TERRESTRES NAVALESQ VICTORIÆ ET TRIVMPHI·OMNES REGES REGINÆ ET PRINCIPES TRIVMPHATI·PONS IPSE TRIVMPHALIS·ROSTRALIS ET MILLIARIA COLVMNÆ·NVPTIALES RITVS·LITERAR; ET PALÆSTRÆ GIMNASIA·THEATRA·TEMPLA·CVRIÆ·PALATIA·HORTI·VARIAQVE ÆDIFICIA·DANIELIS DE ROMANO IMP·VATICINIVM·IPSIVSQ IMPERII TOPOGRAPHIA·ET CÆTERA·OĪA ADHVC DIGNIORA SCITV IN ÆRE GRAPHICE DESCRIBVNTVR ET ELEGANTER COMMENTARIIS EXPLICANTVR.
IACOBO LAVRO ROMANO AVTORE ET SCVLPTORE.
ANNO·DNI·MDCXV·
Romæ Cū Priuilegio Sūmi Pontificis et aliorum Principum.
Superior; permissu.
PARMA
ROMA
Ægide posthabita Pallas tenet inclyta Parma
Hic amat illa sophos, belligerosque viros.
Non doleo perijsse meas nunc, inquit, Athenas,
Cum mihi sint aliæ, quas mea Parma fouet:
Viuite Farnesi, manibus date lilia plenis,
Vt sua Parma legat lilia, Roma sua.
In quadro qualem genuit te, Roma Quirinus,
Mars tuus ancilis margine gestat auus.
Scilicet immotum fore in aurea secula regni
Augurat, æthereus dum tibi Pastor erit;
Dum tua prole uirum felix Farnesia uirtus
Te colet, et studio consilioque teget.
And. Baianus Lusitanus.

Romæ cum Priuilegio Summi Pontificis. Superiorū permiſſu · Iacobus Laurus · f.

SERENISSIMO PRINCIPI RANVTIO FARNESIO
PARMÆ ET PLACENTIÆ DVCI INVICTISSIMO.

Iacobus Laurus Romanus Felicitatem.

SOLENT, qui res ſuas potius iudicio, quam viribus metiuntur, Princeps Sereniſſime, earum magis exitus, quam primordia perhorreſcere. Qui enim auſpicantur; noua quadam inuentionis ſpecie deliniti, ſæpiusq; deluſi, nulla hactenus Duce, nec dum etiam Comite experientia, omnia de ingreſſu; multa de progreſſu, non pauca de egreſſu ſibi promittunt. Qui vero finem contemplantur, atque ita Poetæ ſententiam ſecum animo voluntant, Exitus acta probat, non poſſunt non trepidare, & ſi ſalua exiſtimatione fieri potuiſſet, referre pedem, & ad initium euaneſcere, metuentes, ne caput pedibus capitiuè pedes reſpondeant, & altiori de ſe opinioni minus ſatisfaciant; ſi qui ſunt, qui diſcrimen huiuſmodi vereantur, in eorum ego nomen meum profiteor, Præſertim cum 28. ab hinc annis, Romæ mihi patriæ ſuorum olim Principum, Cæſarumque monumentis florentiſſimæ, nunc autem ob eadem partim diruta, & diſſipata, partim demortua, nedum expirantia veſtigia lamentabilis; egomet iuuenili quondam ardore correptus artem meam Ducem, & magiſtram ſecutus antiquitatum omnium ſtudioſus, ne dicam ſuperſtitioſus, liberè, & audacter antiquæ matris oſſa colligere non deſierim, vt variè hic illicque compoſita, & ingenioſo quaſi artis ſpiritu excitata, in librum antiquæ Vrbis ſplendore prænotatum tanquam in monumentum congererem. Propoſito quid hoc ieiunius, quid ineptius niſi ſuo fine compleretur? quid fine pulchrius, & ſuauius? quid tamen eo rarius quid difficilius? fine res omnes coronantur, fine exiſtimatur gloria, fine victoria celebratur. Quamobrem mihi iam ad exitum properanti, & daturo ipſius Vrbis ſplendori complementum, difficilis via cum ex ipſo fine, tum ex grauiore materia nunquam ſic fortè viſa, ne dum etiam agitata ſe obtulit, vnde timor inceſſens, audaciæ pennas eripuit, diffidentiæque, & perplexitatis monſtra excitauit. Tantis his ego tenebris obuolutus quid facerem, quo me verterem, quo confugerem, niſi ad te vnum Parmæ Ducem inuictiſſimum? quem inuoco, cuius imploro præſidium, videns tuæ te Parmæ, tanquam ægidis fatalis obtutu huiuſmodi, & maiora poſſe euertere, & diſſipare prodigia. Etenim non ignoro quanti omnia ſcientiarum genera facias, cum nec minimæ quidem facultatis artificem munerari, ornareque deſinas. Quid? ſi hoc tibi à natura inſitum, & expreſſum à maioribus iure acceptum hæreditario confirmaſti? Non equidem retrò longiùs, quam epiſtolæ lex patitur, Farneſiæ tuæ gentis antiquiores memorias excitabo, quin etiam recentiores tres tantum adducam, ſingulas ſuo modo, & genere probatiſſimas. In primis quis vnquam Pauli III. ſummi Pontificis tui Ataui, quis deinde Alexandri Illuſtriſſimi Cardinalis Farneſij inclyta & beata illa tempora cum lacrymis, & veneratione non recolat, quibus tot in hac Vrbe litteræ, & ingenia, quot in Cœlo ſidera, relucebant: quis tot hæc lumina excitauit, niſi Farneſia munificentia, & humanitas? qua viri illi ſapientes illecti, aucti, & confirmati in Mecænatum ſuorum laudem, gloriamque vigilabant. Præterea ambo hi Principes non ignari antiquæ Vrbis expreſſam, & ante oculos propoſitam magnitudinem Chriſtianæ fore Reip. commodo, & ornamento non mediocri; quòd eo homines diuerſis ex finibus confluentes, ipſam in priſtino, quàm maximo ſplendore conſtitutam videntes Euangelicæ vim potentiæ ſuauiſſimam, mirabilemque agnoſcerent, quæ totius Orbis caput, quod tam arduum, & indomitum videbatur, Chriſti legi tàm mirè & iucundè ſubmiſerit; atque vniuerſam ipſius Vrbis gloriam, & amplitudinem in ſtatuis, & ædificijs cæteriſq; id genus monumentis conſiſtere, ſtatuas propè innumeras magnis ſumptibus comparandas, & eruendas, ac detegendas curarunt, quas partim in Capitolio poſuerunt, partim domi conſeruarunt, quibus totam, ſi diutius vixiſſent, Romam decoraſſent, multas Romanorum ruinas, eas quæ iuſtè, ac piè reſarciri poſſent, inſtaurare cupiebant, quibus inſtauratis longè ipſa vetera ſuperarent. Propterea non temerè factum eſſe iudico, vt eiuſdem Pauli III. Pontificatu planta vrbis veteris inciſa in marmor inuenta fuerit, quaſi vero Roma ipſa tantorum Principum conſilium, animumq; confirmans, exemplar illud oſtenderit, quo ſe nouam, & recentem ædificare potuiſſent, niſi citiùs ad cœleſtem patriam conuolaſſent. Teſtatur hanc animi celſitudinem Farneſiorum in Vrbe Palatium magnitudine, & artificio ſuperbiſſimum, teſtatur Villa illa admirabilis Caprarolæ nunc, & olim totius Italiæ nobiliſſima, quò omnes, qui ſpectandi ſtudio ventitare conſueſcunt, facile iudicare nequeunt quid in ea magis, formam ne ſingularem, molemne ampliſſimam, an ſtructuram operoſiſſimam demirentur? teſtatur Illuſtriſſimi Odoardi quoque Farneſij Patrui imitantis veſtigia illuſtratum vſque hodie Patrum Societatis IESV Templum, & domicilium perfectiſſimum. Quæ omnia Alexander Illuſtriſſimus Card. Farneſius ad Dei gloriam, & Farneſiorum piæ, & inclytæ familiæ memoriam, incredibili ſumptu conſtruxit, nihil aliud tanta ex gloria ſibi ipſe vendicans, quam ſuo in templo planiſſimam, humi, iacentem, abiectamq; ſepulturam. Quid hoc exemplo ſingularius, quid hac abdicatione diuinius? vt cætera, eaque innumera huius Principis ornamenta ſileam, quæ in Patrui ſui Pontificatu ſuoque in officio, cum Romæ, & totius Italiæ, ac Vniuerſi Orbis vtilitate, & gloria exercuit, quæ cum in ipſius Pontificis laudem cuncta ceſſerint, de ambobus promiſcuè meminiſſe præſtat, quam ſingulis laudando minus ſatisfacere. Quid autem de altero Alexandro Celſitudinis tuæ Patre digniſſimo referam? qui rei militaris peritia tantum ſui nominis gloriam illuſtrauit, quantum Macedonis memoriam obſcurauit. Quid enim in Flandria virtute, & conſilio non peregit? cum Hiſpanienſium copiarum eò veniens imperator, multas ibi arces munitiſſimas, & inexpugnabiles occupauit. Quid Lutetiæ profuerit, omnium eius Poetarum, Oratorumq; vocibus dignè explicari non poteſt, cum tranquillum Sapientiæ, & Muſarum domicilium, quo hodie fungitur Alexandro tuo acceptum referri fateatur, qui eam magna obſidione liberauit; tandem Typographiæ mater optimæ Antuerpia ſingulis ferè literis per eumdem Alexandrum ſeſe receptam, & recuperatam teſtabitur. Cum vero præterita, nedum præſenti rerum ſuarum laude triumpharet, & in futura iam mentem animumq; defigeret, ætate euſque recens, ac feruentior, heù cum maximo totius orbis detrimento, & lacrymis mæroreq; rapitur. Farneſio Romanorum generi, antiquiſſimo, pijſſimo, ornatiſſimo, & feliciſſimo; Nec non & Luſitaniæ Regum, atque Imperatorum Auſtriæ ſanguini coniunctiſſimo, quis ſolem vnquam defuturum affirmabit? Ecce enim tu Princeps Sereniſſime, huic tanto lumini extincto ſimilis decore, excellentia, & fœcunditate ſucceſſeris. Qui ataui, Patrui, Patriſque ſplendorem, & ingenium tàm plenè, & accuratè exprimis, vt nemo te hodie (quod & per ſecula fiet) incolumi Farneſiam familiam omni gloria, & amplitudine maiorem non videat. Enimuero tu conſilio, tu armis, tu litteris, & ingenio ſic vales, vt vniuerſi tui Remp. Principatus feliciſſime geras, fortiſſime tuearis, ſapientiſſimeq; conſerues, atque alios, qui re pollent huiuſmodi foues, auges, & illuſtras, & Parma tua omnium artium virtutumq; altrice protegis. Quæ cum ita ſint, te Princeps Sereniſſime deprecor, vt ſolita benignitate mei hoc vltimum laboris complementum ſuſcipias, eo quidem difficilius, quod finem contineat, eo tamen abſolutius, quod Romanorum omnia tàm in Oriente, quàm in Occidente munera ciuilia, & militaria amplectatur, omnes vbique terrarum, mariſque copias, conſularem, & Prætoriam dignitatem, Reges, & Reginas, ac Principes quotquot in triumpho ducti diuerſis fuere temporibus, columnam roſtralem cum omnibus victorijs, triumphiſque naualibus, columnam milliariam, vnde ab Vrbe ad omnes ei ſubiectas regiones diſtantia noſcebatur, armatorumque equitum, peditumque habitus, & officia militaria, ludos gladiatorios, & ſaturnalia, & cætera in circis, & amphitheatris edi ſolita, ritus maximi creandi Pontificis, & inanium illius temporis ſacerdotum ſacrificia, & immolationes, nuptiarum mores & ritus, ſaltationes, diuerſa ædificia, theatra, templa, curias, palatia, litterarum, & paleſtræ gymnaſia, Danielis Prophetæ de Romano Imperio vaticinium, tandem ipſius imperij topographiam cum antiquis, nouiſque nominibus, & ſuccinctis hinc indeque verſibus explicatam, perfectum opus non quia præſtantiam Autoris vllam contineat; cæterùm quod perfectionis, & complementi finem amplectatur, eo ſolum nomine tuæ debitum Celſitudini, Quam Deus, &c. Datum Romæ

Quatuor hæc animalia quæ Danielis hoc in Vaticinio describuntur Nicolaus Lyra sacrarũ literarũ interpres accuratiſs. cũ Bened. Pererio et alijs in comẽtario ad eundẽ locũ docet, quatuor eſſe imperia ferme nobiliſs.
Nemo enim eſt qui de Hieroſolymæ excidio et Eccleſiæ Cath.cæ cladibus p membra Antichriſti illatis, eorũq caput tẽpore nouiss. inferẽdis huiusmodi prophetiã explicãs sponte Lyrani iudicio nõ ſubſcribat. Cũ aute hoc in opere profiteamur
nihil de Romani Imperij gloria, et amplitud. prætermittere, dabimus operã ut quã breuiss. et planiſs. monſtruoſas haſce imagines explicemus, ut tandẽ ad quartã deueniamus, cuius ratione quid fuſius de Romano Imperio dicere valeãus
Prima igitur beſtia Leenæ similis Chaldeor. designat imperiũ, tũ ob eor. ferocitatẽ, tũ ob libidinẽ, quã utraq Leenã affecta esse Naturæ scriptores cõmemorãt: tũ ob principe eor. Nabucodonosore, qui quod diuina affectauit, beluinã p septẽniũ uitã
in agris exegit, propterea a Dauide psal. 78. Aper appellatur; expedit sic interpretari qd Daniel Propheta subiecerit supra pedes hanc leenã quasi hominẽ subſtitiſſe, ut innueret ipsũ resipuisse postea, et humanũ sese ac fragilẽ agnouiſſe duas eidẽ alas
addidit, ut armor. opũq copias declararet; secũdo Ursu expreſſit truculentiã Leenæ inferiorẽ, ut oſtẽderet Medorũ et Persar. imperiũ, quor. Rex Cyrus mitius cũ Iudęis in seruitutẽ abductis egerat, teplũ eis reædificari præcipiens.
Præterea Medos ac Persas ursinæ naturæ cõposuit, ob cibor. parsimoniã, laborũq toleratiã, quã max. pollet in bello, Trogo autore ursi inſtar, qui modico cibo utitur et quasuis iniurias tẽporis patientiſs. tolerare cõsueuit. denique cum
triplici dentiũ ord. Danielianus hic Ursus cõparet, qd Persæ tria Regna quasi ore mansa et cõtrita ita miscuerũt, ut unũ, ac ferme, ut ita dicã, effecerint. 3.am fera Pardo similem fecit, ut ex Pardi pernicitate et uariegatione regnũ Alexãdri Grecorũq
adumbraret, qui mira celeritate totũ fere Oriẽtẽ, diuersa regna, et poteſtates imp.o subdiderũt. 4.r alis corporis robur, fortitudo animi, liberalitas et induſtria in Alexandro comendãtur. Denique p 4. capita 4. ipsius succeſſores assignat
quib. moriturus diuisit Imp.ium Na. Ptolomeo Aegiptũ, Seleuco Syriã, Antigono Asiã, Philip.o Græciã teſtamẽto reliquit. 4.to et ult.o animali Romanũ expressit Imp.um eo magis metuẽdũ, atq mirab.e quod hic sine nomine et lineamẽtis proprijs circũfertur
quasi hac reuates inueret, nullis imaginib. neq colorib. Romanor. Monarchiã nec quo ad sapiẽtiã nec uirtutẽ, nec quo ad dominatione, et sæuitiã posse dipingi. ad hæc demoſtrare uolẽs in huiusmodi animatis naturã oium descriptar. uires et in-
genia cõtineri. Huc etiã Rex psaltes allusit psal. 78. ubi In cognito cũ alijs interprete, de Romanor. potẽtia agẽs p Titũ et Vespasianũ in Hieroſolymos exercẽda singularis inquit, ferus depaſtus eſt eã, nõ leonẽ, nõ Ursũ, nõ Pardũ dũtaxat
appellauit sed ferã quasi ipsa facies ad hęc triã genus animaliũ quia oĩa in sese mũdi regna cõuerat, cunctisq potiss.me imperauit unõ et singulare: Ferã ut oſtẽderet Romanor. singulare monarchicã imperãdi ratione. Denique et
singulare, ut feritatẽ quoq demoſtraret, quã sępe diuque (Chriſtianã dum fidẽ nõ agnoscebãt) in ipsius milites inuictiss.os debacchati sunt. Si rem ergo preſſius cõsideremus facile erit intelligi Romanor. unicã et singulare potẽtiã
ex ceteris ultimo coalescente, singularũ quę extiterũt uires et attributa cõseruaſſe. Nõne Romanos Leoni siue Nabucodonosori similes dixerim, qui sãe ita Imperatorib. stulte diuinitatẽ ambierũt ut nõ solũ eos morientes Diuor. cõ-
sortio, sed etiã uiuẽtes ipsor. titulis et nomine decoraret, quis geminas eis alas negauerit illor. uictorias paſſim aligeras factis et simulacris adspicies. Nonne et ut Ursus extitere patientiss. qui in bello laborib. et inediæ aſſuefacti sũt. Preterea
et humaniores, quã Cyrus ursi sũt in suo Magno Cõstantino cũ Chriſtianis eo usque latitantib. et aſſlictas nõ unũ templũ sed multa Romæ et ubiq gentiũ uero DEO uni ac trino ædificari pmiserit imo et ipse ligone arrepto SS. Petri et Pauli
Basilicæ fundamẽta pfoderit. Tandẽ quid et nõ Pardo cõparauerim cũ ob incredibilẽ uelocitatem qua res magnas, et arduas peragebãt, nequaquã quidẽ immemor Cæsaris illius sẽtentiæ Veni Vidi Vici cũ de Pharnace triumphauit; tũ ob
diuersi colores, ut ita dicã, nationes sibi uectigales atq subiectas nec etiã fuit Alexandro diſſimile dũ nouimus Romanã potẽtiam suo iã pondere corruentẽ, tandẽq moriturã principatus diuisisse suas, atque uni Oriẽtis, alteri Occidentis
et c. imperiũ comendaſſe. Hinc etiã 4.r capita habuiſſe intelliges, quę totidẽ quasi uno tẽpore cõimperatores agnouerit. Quę quidẽ mundi regna unũ qd hodie in Germania extat a Romanis ductũ Imperiũ respiciunt ac uere et incorrupta teſtatur insi-
gnia quę Imperiũ illud Auguſtũ ante oculos nobis proponit dum Aquila una duob. cũ capitib. nigricãs dipingi cõsuescat: duplicitate quidẽ capitis mundi regna intueri significãs, unitate Aquilæ unicum et singulare eſſe Imperium.

Quoties Romanorũ potentiã per Reges inchoatã, per Consules prouectã, per Imperatores absolutã cõspicio, nõ possũ nõ Dei Opt. Max. in ea prouidẽtiã demirari: cũ ex tãuaria dominãdi ratione nõ imutari, sed cõseruari, nõ iminui, uel in deterius prolabi, sed mirũ in modũ sic crescere, et augeri potuerit, ut toti terrarũ orbi uenerabilẽ sẽper, et auguſtũ caput erexerit. Etenim sub Romulo Rege primo nata, et sub sex alijs ꝑ 243. ãnos enutrita intra 18. millia paſsuũ exercuit, nec ultra Portum Hoſtiaq. eſfudit Infãtiã. sub Cõsulibus (quibus Dictatores, Decemuiros ac Tribunos ãnumero) ꝑ ãnos 447. adolescẽs usque trãs Padũ capta creuit Italia, Africa, Hiſpaniaq. subactis, Gallia, et Britãnia uectigalib.⁹ Illyricis, Hiſtris, Liburnis, Dalmatiq. ꝑdomitis, Achaia subiecta, Macedonia expugnata, Dardanis, Mœsis, Tracib⁹ debellatis, accedẽte Danubio, in Asia poſt Regẽ Antiochũ depulsũ, poſt uictũ Mitridatẽ Ponti regno, et minori Armenia occupatis, adiũcta Mesopot.ª cũ Parthis fœdere inito, cũ Carduenis, Saracenis, et Arabib⁹ prelijs gloriosè ac feliciter geſtis, Iudea omni, Cilicia, et Syria superatis, tãdẽq. Ægypto socijs adiũcta. Sub Imperatorib⁹ incredibile eſt dictu, ᵉ uiribus illius ætas uiguerit, et ad ãnos integrĩᵉ, et uirtutis acceſserit. Ab Aug.º enim usque ad Theodoſij supioris, et Honorij et Arcadij eius filiorũ tẽpora ꝑ ãnos 440. Cãtabri, Aſtures, totaq. Hiſpania, Alpes marit.ª Gottiæ que Rhetiæ, Noricũ, Pãnoniæ, et Mœsiæ imperio acceſserũt: oĩs ora Danubij in prouinciã redacta eſt. Põtus oĩs, Armenia minor, oriens totus cũ Mesopotamia, Asia, Arabia et Ægyp. sub Imp. Rom. iure transiuit. Quo autẽ ordᵉ Rom.ⁱ hæc oĩa aſsecuti fuerint, breuiter Sextus Ruffus oſtẽdit, et fusius in ñro catalogo omniũ quiusque ad Imp. Iuſtinianũ triũpharũt inuenies.

Romanorum ab Vrbe condita vſque ad Imp. Iuſtinianum triumphi.

CVM omnia quæ ad Romani quondam Imperij maieſtatem conducunt, hactenus, benignè Lector, accuratiùs dicta ſint; non dubito, quin huius operis inſcriptioni & argumento quid adhuc iniuriæ, quidvè labis inferre valeam, ſi poſt triumphi ordinem, & celebritatem, poſt omnes nauales victorias & triumphos, poſt Reges, Reginas, ac Principes triumphatos, & in triumpho adductos, quæ omnia ſuo loco poſui, non omnes viros qui ab Vrbe condita vſque ad Iuſtiniani Imperatoris tempora ſumma cum gloria triumpharunt, triumphali eorum ponti ſubijciam. Quibus in recenſendis vix dici poteſt, quantum temporis & laboris impendium fecerim. Etenim nomina, dignitates, annos, recentiore, ſolitoq; numero obſeruatos, & quoties quotuſquiſque triumphauit, expreſſi: præterea Ouationes, & ſpolia opima, & qui ea obtinuerint, ſeparatim explicaui, vt virorum eiuſmodi præſtantiam facili negotio cognoſcas. Fruere & alia in hoc volumine maioris adhuc ſtudij, ſumptusq; à nobis expecta.

Romulus Syluius Vrbis conditor, & Rex primus de Cecinenſibus, Cruſtaminis, & Antenatibus triumphauit annos ab Vrbe condita 4
Idem de Camerinis, & Veientibus, eorumq; Rege & Fidenatibus.
Tullius Oſtilius Rex ter, primo de Albanis an. 85
Secundo de Fidenatibus an. 88
Tertio de Sabinis an. 98
Ancus Martius Rex bis, primo de Veientibus,
Secundo de Sabinis. an. 114
Tarquinius Priſcus Rex ter, primo de Latinis, ſecundo de Hetruſcis, tertio de Sabinis an. 120
Seruius Tullius Rex, ter de Hetruſcis triumphauit. an. 182. & 185. & 186
L. Tarquinius Superbus vltimus Rex bis, primo de Volſcis, ſecundo de Fidenatibus, & de Sabinis an. 220
P. Valerius Voluſi Publicola cos. bis, primo de Hetruſcis an. 245
Secundo de Sabinis an. 249
M. Valerius Voluſi cos. bis, primo de Sabinis an. 248
Secundo de Sabinis, & Veientibus an. 249
Idem Dictator de Sabinis an. 259
P. Poſtumius Tubertus conſul de Sabinis an. 248
Agrippa Menenius Lanatus cos. de Sabinis an. 250
Sp. Caſſius Veſcellinus cos. bis, de Sabinis an. 251
Idem cos. II. de Volſcis, & Hernicis an. 267
Aulus Poſthumius albus Dictator primus de Latinis. an. 254
T. Sicinius cos. de Volſcis an. 266
P. Voluſius Voluſi N. Publicola cos. de Veientibus, & Sabinis an. 278
T. Quintius Capitolinus cos. de Volſcis, Antenatibus an. 285
L. Lucretius Tricipitinus cos. de Volſcis & Aequis an. 291
L. Cornelius Maliginenſi Coſſus cos. de Volſcis, & Antiatibus an. 294
L. Quintius Cincinnatus Dictator de Aequis an. 295
L. Valerius Publicola Potitus cos. de Aequis bis an. 295 & 361
M. Horatius Barbatus cos. de Sabinis an. 304
M. Geganius Macerinus cos. de Volſcis an. 310
Mam. Aemilius Mamertinus Dictator, bis de Fidenatibus, & ſemel de Veientitus an. 316. & 327
A. Poſthumius Tubertus Dictator de Aequis & Volſcis an. 322
A. Cornelius Coſſus de Veientibus an. 325
A. Fourius Camillus 1. Dictator de Veiētibus an. 357
2. Dictator de Galliſenonibus an. 363
3. Dictator de Volſcis, Aequis, & Hetruſcis an. 364
4. Dictator de Galliſenonibus an. 386
Cornelius Coſſus Dictator de Volſcis an. 368
T. Quintius Cincinnatus Dictator de Præneſtins an. 373
Ap. Claudius Craſſinus Regilenſis Dictator de Hernicis an. 391
T. Quinctius Perinus Capitolinus Criſpinus Dictator de Gallis Quirinalibus an. 392
C. Sulpitius Peticus de Hernicis an. 392
Idem Dictator de Gallis an. 395
C. Pœtilius Libo Vriolus cos. de Gallis, & Tyburtibus an. 393
C. Plantius Proculus cos. de Hernicis. an. 395
C. Martius Rutilius cos. de Priuernatibus an. 396
Idem Dictator de Thuſcis an. 397
M. Fabius Ambuſtus 2. cos. de Tyburtibus. an. 399
M. Popilius Lænas cos. de Gallis Quirinalibus an. 403
M. Valerius Coruus II. cos. de Antiatibus, Volſcis, Satricaneisq; an. 407
Idem III. cos. de Sannitibus an. 410
Idem cos. de caleneis an. 418
Idem Dictator de Marſis & Hetruſcis an. 452
A. Cornelius Coſſus Aruina de Samnitibus an. 410
T. Manlius Imperioſus Torquatus de Latinis, Campanis, Sidicinis, Auruncis an. 413
Q. Publilius Philo. cos. de latinis an. 414
Q. Publilius Philo primus procos. de Samnitibus Palæpolitanis an. 427
L. Furius Sp. Camillus cos. de Pedaneis & Tiburtibus an. 415
C. Mænius cos. de Antiatibus, Lauinis, Veliternis an. 415
L. Aemilius Mamertin. Priuernas cos. II. de Priuernatibus an. 424
C. Plautius Decianus cos. de Priuernatibus an. 424
L. Papirius Sp Curſor Dictator de Samnitibus an. 429
Idem cos. III. de eiſdem an. 434
Idem Dictator II. de eiſdem an. 444
Idem de eiſdem an. 460
Idem IIII. cos. de Tarentinis, Lucanis, & Bruttis an. 481
L. Fuluius Curuus cos. de Samnitibus, & Quirinalibus an. 431
Q. Fabius Maximus Rullian. cos. de Samnitibus, & Apulis an. 431
Idem II. procos. de Hetruſcis an. 444
Idem cos. de Samnitibus, & Hetruſcis, & Gallis an. 458
C. Sulpitius Sèr. Longus III. cos. de Samnitib. an. 439
M. Valerius Maximus cos. de Samnitibus, & Soranis an. 441
C. Iunius Bubulcus Brutus cos. de Samnitibus an. 442
Idem II. Dictator de Aequis an. 450
Q. Aemilius Barbula cos. II. de Hetruſcis an. 452
Q. Marcius Tremulus cos. de Anagninis & Hernicis an. 444
M. Fuluius Curuus Pœtin. cos. de Samnitibus an. 448
P. Sempronius Sophus cos. de Aequis an. 449
Idem de Picentibus an. 483
P. Sulpitius Ser. Sauerio cos. de Samnitibus an. 449
M. Fuluius Pætinus cos. de Samnitibus & Acquinatibas an.
Cn. Fuluius Maximus Centumalus cos. de Samnitibus, & Hetruſcis an. 445
L. Poſthumius Megel cos. de Samnitibus, & Hetruſcis an. 459
M. Atilius Regulus cos. de Volſonibus, & de Samnitibus an. 459
Idem cos. de Salentinis an. 486
Idem cos. de Pœnis naualem egit an. 496
Sp. Caruilius Maximus cos. de Samnitibus an. 460
Idem II. Cos. de Tarentinis, Lucanis, & Bruttis an.
Q. Fabius Maximus Gurces Procos. de Samnitibus an. 462
Idem II. cos. de Samnitibus, Lucanis, Brutijs, & Quirinalibus an. 477
M. Curius Dentatus cos. de Samnitibus an. 463
Idem II. cos. de Sabinis an. 463
Idem II. cos. de Samnitibus an. 478
Et de Rege Pyrrho.
P. Cornelius Ruffinus cos. de Samnitibus an. 463
P. Cornelius Dolabella cos. de Gallis Senonibus an. 470
C. Fabritius Luſcinius cos. de Samnitibus, Lucanis, & Bruttis an. 473
Idem II. cos. de Lucanis, Bruttis, Tarentinis, & Samnitibus an. 475
Q. Marcius Philippus cos. de Hetruſcis an. 472
T. Coruncanus cos. de Vulſinienſibus, & Vlcientibus an. 473
L. Aemilius Barbula procos. de Tarentinis, Samnitibus, & Salentinis an. 473
C. Iunius Brutus Bubuli cos. II. de Lucanis, & Bruttis an. 478
L. Cornelius Lentus cos. de Samnitibus, & Lucanis an. 478
C. Claudius Canina cos. II. de Lucanis, Samnitibus, & Bruttis Quirinalibus an. 480
Cn. Cornelius Scipio cos. de Saſſinatibus an. 483
Ap. Claudius Craſſinus cos. de Picentibus an. 485
L. Iulius Libo cos. de Sallentinis an. 486
D. Iunius Pera cos. de Saſſinatibus an. 487
Idem cos. de Sailentinis & Meſſanis an. 487
M. Fabius Pictor cos. de Saſsinatibus an. 487
Idem II. cos. de Sallentinis & Meſſapis an. 487
M. Fuluius Flaccus cos. de Vulſinienſibus an. 489
M. Valerius Maximus Meſſala cos. de Pœnis, & Rege Siculorm Hierone an. 490
C. Duilius cos. primus naualem de Siculis, & claſſe punica egit. an. 493
L. Cornelius Scipio cos. de Pœnis, & Sardinia, Corſyca. an. 494
C. Aquilius Florus procos. de Pœnis an. 495
C. Sulpitius Paterculus cos. de Pœnis & Sardis an. 495
A. Atilius Cælatinus Pręt. ex Sicilia de Pœnis an. 496
L. Manlius Vulſo Long. cos. de Pœnis naualem egit. an. 497
Ser. Fuluius Pætinus Nobilior procos. de Coſſurenſibus, & de Pœnis naualē egit an. 499
M. Aemilius Paulus procos. naualem egit de Coſſurentibus, & de Pœnis an. 499
Cn. Cornelius Scipio Aſina procos. de Pœnis an. 500
C. Sempronius Blæſus cos. de Pœnis. an. 500
C. Aurelius Cotta cos. de Pœnis & Siculis an. 501
L Cæcilius Metellus procos. de Pœnis an. 502
Vs. C. F. N. Catulus procos. de Pęnis ex Sicilia an. 512
Q. Valerius Falto Prop. ex Sicilia naualem egit. an. 512
Q. Luctatius Cerdo cos. de Phaliſcis an. 512
A. Manlius Torquatus Acticus cos. II. de Phaliſcis. an. 512
P. Cornelius Lentulus Gaudinus cos. de Liguribus an. 515
T. Manlius Torquatus cos. de Sardis an. 518
Q. Fabius Maximus Verrucoſus cos. de Liguribus an. 520
Idem cos. de Tarentinis & Pœnis an. 544
M. Pomponius Matho cos de Sardis an. 520
C. Papyrius Naſo cos. de Corſis primus in monte Albano an. 522
Cn. Fuluius Centomanus procos. ex Illyricis naualem egit an. 525
L. Aemilius Papus cos. de Gallis an. 528
C. Flaminius cos. de Gallis an. 530

P. Furius

P. Furius Philus cos. de Gallis & Ligurijs an. 530

M. Claudius Marcellus cos. de Gallis & Inſubribus, & Germanis an. 531

Idem cos. de Comenſibus & Inſubribus an. 557

Idem cos. de Gallis, Contrubis, & Liguribus, Eleatibuſque an. 587

Idem II. cos. de Liguribus, & Eleatibus an. 587

Idem procos. de Celtiberis an. 602

L. Aemilius Paulus cos. de Illyricis an. 534

Idem ex Hiſpania an. 564

Idem II. procos. de Liguribus, Ingaunis an. 572

Idem III. procos. ex Macedonia & Rege Perſe per triduum.

M. Liuius Salinator cos. de Illyricis an. 534

Idem II. cos. de Pœnis, & Aſdrubale an. 546

C. Claudius Nero cos. de Pęnis & Aſdrubale an. 546

P. Cornelius Scipio Africanus procos. de Pœnis, & Annibale, & Syphace Numidarum Rege ex Africa an. 552

L. Furius Sp. Purpureo Pr. de Gallis an. 553

C. Cornelius Cethegus cos. de Inſubribus, & Cæmanis Gallis an. 556

Q. Minutius Ruffus cos. de Liguribus, Boeis, Galliſq; in monte Albano an. 556

M. Porcius Cato procos. ex Hiſpania an. 558

T. Quintius Flaminius procos. ex Macedonia de Rege Philippo per triduum an. 559

M. Fuluius Nobilior procos. de Aetolibus, Ambracibus, & Cephalenia an. 566

Idem procos. de Liguribus & Eleatibus an. 595

P. Cornelius Scipio Naſica cos. de Boeis, Gallis an. 562

M. Acilius Glabrio procos. de Aetholis & Antiocho Rege Syriæ an. 563

L. Cornelius Scipio Aſiaticus procos. ex Aſia & Antiocho Rege Suriæ an. 564

Q. Fabius Labeo præt. ex Creta Inſula naualem egit an. 564

Cn. Manlius Vulſo procos. de Gallis Aſiaticis an. 566

C. Calphurnius Piſo Prætor de Luſitanis, & Celtiberis ex Hiſpania an. 569

L. Quinctius Criſpinus procos. de Luſitanis & Celtiberis ex Hiſpania an. 569

P. Cornelius Cethegus procos. de Liguribus an. 573

M. Baebius Tamphilus procos. de Liguribus an. 573

Q. Fuluius Flaccus II. cos. de Hiſpania an. 573

Idem cos. de Liguribus an. 574

T. Sempronius Graccus procos. de Celtibris an. 575

Idem II. procos. de Sardis an. 577

L. Poſtumius Albinus procos. de Vaccæis, & Luſitanis an. 575

C. Claudius Pulcher cos. de Hiſtris, & Liguribus an. 576

M. Aemilius Lepidus cos. II. de Liguribus an. 578

P. Mutius Sceuula cos. de Liguribus an. 578

Ap. Claudius Centho procos. ouans ex Celtiberia an. 579

C. Cicereius & Propr. ex Corſica in Monte Albano an. 581

Cn. Octauius Propr. ex Macedon & Rege Perſe næualem egit an. 586

L. Anicius Gallus Propr. de Rege Gentio, Illuricis Quirinalibus an. 586

C. Sulpicius Gallus cos. de Liguribus Taicarnis an. 587

N. Scipio Naſica cos. II. de Dalmateis an. 598

Q. Opimius cos. de Liguribus an. 598

L. Minucius Rufus. Propr. de Luſitanis ex Hiſpania an. 601

L. Mummius Achaicus Propr. de Luſitanis ex Hiſpania Vlteriore an. 603

L. Mummius Achaicus II. cos. de Acheis, & Corinthijs an. 607

Q. Cæcilius Metellus Macedonicus. Propr. ex Macedonia de Andriſco Pſeudophilippo an. 607

Q. Cæcilius Metellus Macedonicus II. procos. de Celtiberis ex Hiſpania an. 612

Cæcilius Metellus Numidicus præn. procos. triumphauit de Numideis & Rege Iugurtha ex Africa an. 626

P. Cornelius Scipio Africanus Aimilianus procos. de pœnis, & Aſdrubale ex Africa an. 607

Idem II. procos. de Numantinis ex Hiſpania Citeriore an. 621

Ap. Claudius Pulcher cos. de Salaſſis ex Alpibus priuatis ſumptibus triumprauit an. 610

D. Iunius Brutus Gallaicus procos. de Luſitanis, & Gallaicis ex Hiſpania vlteriore an. 617

Ser. Fuluius Flaccus. cos. de Vardis ex Illirico an. 618

M. Cæſonius præt. de Scordiſcis ex Thracia an. 618

C. Fuluius Flaccus cos. ouans de Serueis fugitiueis ex Sicilia an. 619

P. Rupilius cos. ouans de Serueis fugitiueis ex Sicilia an. 621

M. Perperna præt. ouans de Serueis fugitiueis ex Sicilia an. 621

C. Sempronius Tuditan cos. de Iapudibus an. 624

M. Aquilius procos. ex Aſia an. 627

Idem procos. ouans de Serueis fugit. ex Sicilia an. 654

M. Fuluius Flaccus. procos. de Liguribus Voconticis an. 630

Q. Cæcilius Metellus Balearicus de Balearibus an. 631

C. Sextius Caluinus procos. de Saluijs, & Aruernis an. 631

C. Caſſius Longinus procos. de Saluijs, & Aruernis an. 631

Cn. Domitius Aenobarbus procos. de Allobrogibus Aruernis an. 632

Q. Fabius Maximus Allobrogicus procos. de Allobrogibus Aruernis, Ruthenis, & Rege Bituito an. 633

Q. Marcius Rex cos. de Sarnijs Alpinis an. 635

L. Cæcilius Metellus cos. de Dalmaticus an. 636

Q. Mucius Scæuula cos. de Dalmatis an.

M. Aimilius Scaurus cos. de Gatiſcis, & Liguribus an. 638

Cæcilius Metellus Balearicus pren. procos. triumphauit de Balearibus an. 631

M. Cæcilius Metellus Diadematus procos. de Sardis an. 640

C. Cæcilius Metellas Caprarius cos. ex Thracia an. 640

T. Didius Propr. de Scordiſcis ex Thracia an. 640

M. Liuius Aemiliani N. Druſus cos. de Scordiſcis, & Triballijs ex Thracia an. 641

Q. Seruilius Cœpio Pr. de Luſitanis ex Hiſpania vlteriore an. 645

Q. Cæcilius Metellus Numidicus procos. de Numidis, & Rege Iugurtha, & Africa an. 646

C. Marius cos. II. de Numidis, & Rege Iugurtha ex Africa an. 649

C. Marius cos. V. & Q. Luctatius Cauilam procos. vna de Teutonis Cymbris Germaneiſq; an. 652

M. Antonius procos. II. de Numidis de Pyratis ex Sicilia an. 651

Q. Lutatius Catulus procos. vna de Teutonis Cymbriſq; Germaneis an. 654

L. Cornelius Dolabell. procos. ex Hiſpania vlteriore de Luſitan. an. 655

T. Didius II. procos. ex Hiſpania de Celtiberis an. 660

P. Licinius Craſſus procos. de Luſitanis an. 660

Cn. Pompeius Strabo cos. de Aſculanis Picentibus an. 664

P. Seruilius Vatia Propr. de Aſculanis Picentibus an. 665

L. Cornelius Sulla felix Dictat ex Aſia Ponto, & Rege Mitridate an. 672

Pompeius Magnus prænom. Propr. de Hiarba Mauritaniæ Rege ex Africa primus eques Romanus triumphauit an. 672

Idem II. procos. ex Hiſpania adhuc eques Romanus triumphauit eod. anno.

Idem III. procos. ex Aſia, Ponto, Cicilia, Paphlagonia, Cappadocia, Syria Iudæa, Iberia, Creta, Armenia, Piratis, & Regibus Mithridate, atque Tigrane per biduum III. triumphauit an. 692

L. Licinius Murena procos. de Rege Mithridate, & Ponto ex Aſia an. 672

Cn. Cornelius Dolabella procos. ex Macedonia an. 674

C. Iulius Cæſar III. cos. ex Aegipto de Rege Ptolomeo an. 707

Idem Cæſar IV. cos. de Iuba Mauritaniæ Rege ex Africa an. 707

Idem Cæſar V. cos. ex Hiſpania an. 708

Idem Cæſar VI. Dictat. Ouans in Monte Albano an. 709

Imp. Cæſ. Diui F. C. N. III. Vir R. P. ouans quod pacem cum M. Antonio fecit an. 713

Imp. Cæſ. Diui F. C. N. III. Vir R. II. ouans ex Sicilia an. 717

M. Aemilius Lepidus II. III. Vir R. P. C A. procos. ex Hiſpania an. 710

Idem procos. ex Hiſpania an. 708

Q. Fabius Maximus cos. ex Hiſpania an. 708

Q. Pedius procos. ex Hiſpania an. 708

L. Munatius Plancus procos. ex Gallia an. 710

P. Vatinius procos. de Illyrico an. 711

L. Antonius cos. ex Alpibus an. 712

M. Antonius III. Vir. R. P. ouans quod pacem cum Imp. Cæſare fecit an. 713

L. Marcius Cenſorinus cos. ex Macedonia an. 714

C. Aſinius Pollio procos. ex Parthis an. 718

P. Ventidius procos. ex Tauro Monte, & Parthis an. 718

Cn. Domitius Caluinus procos. ex Hiſpania an. 717

T. Statilius Taurus procos. ex Africa an. 719

C. Soſius procos. ex Iudæa an. 719

C. Norbanus Flaccus procos. ex Hiſpania an. 719

M. Antonius II. III. Vir. R. P. C. II. de Parthis, & Rege Armeniæ Artabaxe an. 720

Cn. Domitius Cn. N. Aenobarbus procos. ex Hiſpania an. 721

C. Iulius Cæſar Octauianus cos. V. de Dalmateis Iapudibus, & Gallicis an. 724

Idem Cæſar Octauianus cos. V. de Macedonia ex Actio an. 724

Idem Cæſar Octauianus. V. cos. & Aegipto de Regina Cleopatra an. 724

C. Albinus Carrinas procos. de Gallis Morinis, & Sueuis an. 724

L. Autronius Pætus procos. ex Africa an. 724

M. Licinius Craſſus procos. ex Thracia, & Getis an. 725

M. Valerius Meſſala Coruinus procos. ex Gallia an. 726

Sex Appuleius procos. ex Hiſpania an. 727

L. Sempronius Atratinus procos. ex Africa an. 732

L. Cornelius Balbus procos. ex Africa an. 734

Imp. Nero Claudius F. Cæſar Aug. Germanicus ouans de Armeneis, & Partheis an.

M. Plautius Siluanus procos. de Germanis an. 750

C. Poppæus Sabinus Legatus Imp. Cæſ. Auguſti de Illyricis an. 760

P. Silius Nerua procos. ex Alpibus, & Pannonijs an. 738

L. Aſinius Gallus procos. de Sauromatis an. 739

P. Cornelius Scipio procos. de Beſſis, & Scordiſcis ex Thracia an. 742

Nero Claudius Ti. F. Ap. N. Druſus Germanicus procos. ouans de Cheruſceis Vſipetis Cenchreis Cauciſq; Germanis Sicambris an. 744

T. Claudius T. F. Ap. N. Nero Germanicus procos. de Dalmateis, & Pannonicis ouans triumphasq. primus an. 745

T. Claudius T. F. Ap. N. Nero Germanicus II. cos. de Germanis an. 747

T. Iulius Auguſti F. Diui Iulij N. Cæſ. Claudianus III. Pont. trib. Pot. XIII. cos. II. procos Imp. VI. de Illyricis Pannonijs Dalmatis, Germanis an. 765

Idem N. Cæſar Germanicus Claudianus procos. de Cheruſcis Cattis Angriuarijſq; Germanis an. 770

Druſus Iulius Ti. Aug. F. Diui Aug. N. Cæſar Germanicus Claudianus procos. ouans ex Germania an. 773

C. Iulius Germanici Cæſaris F. Ti. N. Diui Aug. pronepos Cæſ. Aug. Germanicus Pont. Max. Trib. Pot. IIII. cos. III. Deſ. IV. procos. P. P. Imp. ouans ex Germania an. 793

Ti. Claudius Druſi F. Ti. N. Cæſar Aug. Germanicus Pont. Max. Trib. Pot. V. cos. III. P. P. Cenſor Imp. VI. de Britanneis

tanneis an. 798

A. Plautius Siluanus procos. Legatus Ti. Claudij Cæſ. Aug. Germanici ouans ex Brittannia an. 799

Cn. Domitius Corbulo procos. Legatus Ti. Claudij Cæſ. Aug Germanici ouans ex Gallia an. 800

Imp. Cæſ. T. Plauius T. F. T. N. Veſpaſianus Aug. Pont Max. Trib. Pot III. cos. III. Deſ. IV. P. P. Imp. VIII. ſimul de Iudæis Hieroſolymitis Palæſtinis ex Suria an. 824

Cn. Iulius Agricola Legatus Imp. T. Cæſaris Veſpaſiani Auguſti ouans ex Brittannia an. 832

Imp. Cæſ. Diui Veſpaſiani F. T. Flauius Domitianus Aug. Germanicus II. Pon. Max. Trib. Pot. VI. cos. XVI. Cenſ. Per ſ. P. P. procos. Imp. XXI. de Qualis Dacis Getis Sarmatiſq. Germanis an. 845

Imp. Cæſ. D. Veſp. F. T. Flau. Domitianus de Qualis Getis Sarmatiſq. Germanis an. 845

Imp. Cæſ. Diui Neruæ F. Nerua Traianus optimus Auguſt Germanicus Dacicus Pont. Max. Trib. Pot. V. cos. IV. Deſ. P. P. procos. Imp. III. de Pannonijs Daciſq. & Rege Decebalo ex Germania an. 855

Diuus Traianus Parthicus Aug. II. de Partheis Oſrohenis, & Rege Coſdroe ex Oriente an. 870

Imp. Cæſ. Diui Pij Fil. Diui Hadriani nep. Diui Traiani Parthici Pronepotes D. Neruæ abnepotes M. Aurelius Antoninus Auguſt. Armeniacus Parthicus Pont. Max. Trib. Pot. XIIX. cos. III. P. P. procos. Imp. III. an. 918

Aurelius Verus Antoninus Aug. Parthicus Pont. Max. Trib. Pot. IV. cos. II. P. P. procos. Imp. II. ſimul de Parthis Armenis Medis, & Rege Vologeſe an. 929

Imp. Cæſ. Diui M. Antonini Germanici Sarmatici F. Diui Pij N. D. Adriani pronep. D. Traiani Part. abnep. D. Nerua Adn. M. Aurelius Comodus antoninus Pius felix Aug. Germanicus Sarmaticus II. Pont. Max. Trib. Pot. VI. cos. III. P. P. procos. Imp. IV. de Pannonijs Germanis an. 934

Imp. Cæſ. L. Septimius M. F. Seuerus Pius Pertinax Aug. Arabicus Adiabenicus Parthicus Pont. Max. Trib. Pot. VIII. cos. II. Deſ. III. P. P. procus. Imp. XI. an. 954

Imp. Cæſ. M. Aurelius L. F. Antoninus Pius felix Aug. Pont. Pot. III. cos. Des P. P. procos. Imp. ſimul de Parthis Adiabenis, Arabiaq; & Rege Parthorum Artabano Imp. Cæſ. Diui Seueri F. M. Aurelius Antoninus Pius felix Aug. Britannicus II. Pont Max. Tribunic. Pot. XVI. cos. IV. P. P. procos. Imp. II. de Britannis an. 956

Imp. Cęſ. Diui Antonini F. Diui Seueri N. M. Aurelius Seuerus Alexander eius felix Aug. Pont. Max. trib. Pot. XIII. cos. III. P. P. procos. Imp. de Perſis, & Rege Artaxerxe an. 987

Imp. Cæſ. Diui Valeriani F. P. Aurelius Cornelius Licinius Valerius Gallienus Pius felix Auguſtus Pont. Max. Trib. Pot. XII. cos. VI. P. P. procos. Imp. de Perſis, & Rege Sopore an. 1017

Imp. Cęſ. L. Domitius Aurelius Valerius Aurelianus Pius felix Auguſtus Ghothic. Sarmatic. Palmyren. Perſicus Germanicus Pont. Max. Trib. Pot. V. cos. II. Deſ. III. P. P. procos. Imp. de Palmirenis ex Syria Gallis Germanis Gothis Tetrico, & Regina orientis Zenobia an. 1026

Imp. Cæſ. M. Aurelius Valerius Probus Pius felix Aug. Franc. Gothic. Sarmatic. Germanic. Partic. Pont. Max. Trib. Pot. V. cos. IV. Deſ. V. P. P. procos. Imper. de Germanis Blemijs Gothis Francis Sarmatis, & Parthis an. 1033

Imp. Cæſar C. Valerius Diocletianus Iouius Pius felix Aug. Perſicus Germanicus Britannicus Pont. Max. trib. Pot. XIIX. cos. VII. Deſ. VIII. P. P. procos. Imp. an. 1054

Imp. Cæſ. M. Aurelius Valeſius Maximianus Herculius Pius felix inuictus Aug. Germanicus Parthicus Britannicus Aegipriacus Pont. Trib. Pot. XVI. cos. VI. Deſ. VII. P. P. procos. Imp. ſimul de Perſis Germanis Britannis Aegipto Africa, & Rege Perſarum Narſeo an.

C. Galerius Valerius Maximianus Nobilis Cæſ. Pont. Trib. Pot. XI. cos. IV. Imp. ouans de Perſcis, & Rege Narſeo an. 1054

Fl. Valerius Conſtantius Nobilis. Cæſ. Pont. Trib. Pot. XI. cos. IV. Imp. ouans de Germaneis ex Gallia an. 1054

Imp. Cæſ. M. Aurelius Valerius Herculi F. Maxentius Pius felix Aug. Pont. Trib. Pot. V. cos. P. P. Imp. de Alexandro Tyranno ex Africa an. 1063

Imp. Cæſ. Diui Conſtantij F. C. Aurelius Valerius Flauius Conſtantinus Germanicus Britannicus Pius felix Aug. Pont. Trib. Pot. VII. cos. II. Deſ. III. P. P. procos. Imp. de Tyranno Maxentio an. 1064

Imp. Cæſ. Diui Conſtantij F. C. Valerius Aurelius Flauius Conſtantinus Pius felix Aug. Germanicus II. Pont. Max. Trib. Pot. XIIX. cos. VI. P. P. procos. Imp. de Licinio Tyranno ex Thracia an. 1076

Imp. Cæſ. Diui Conſtantini F. D. Conſtantij N. F. C. Iulius Conſtantius Pius felix Aug. cos. VI. de Magnentio Decentioq; Tyrannis ex Gallia an. 1015

Imp. Cæſ. F. Theodoſius Honorij F. Pius felix inuictus Aug. cos. de Scythis, & Getis, & Thracia an. 1132

Imp. Cæſ. Fl. Theodoſius Honorij. F. Pius felix Aug. II. Cos. de Scythis, & Getis ex Germania an. 1138

Imp. Cæſ. Fl. Theodoſius Honorij F. Pius felix Aug. III. cos. II. de Maximo Tyranno ex Gallia an. 1141

Imp. Cæſ. Fl. Theodoſius Honorij. F. Pius felix Aug. IV. cos. III. de Eugenio, & Abrogaſte Tyrannis, & Gallia an. 1146

Imp. Cæſ. Diui Theodoſij Fl. Honorius Pius felix Aug. cos. XI. de Atalo Tyranno ex Gallia an. 1168

Fl. Beliſarius Patritius V. C. cos. Deſ. Præſ. Prætor. Africæ de Vandalis, & Rege Gilimere ex Africa an. 1286

Idem Beliſarius Patritius V. C. ex cons. ordinarius Præſ. Prætorio Afric. & Italiæ de Gotthis, & Rege Vitige ex Italia an. 1291

D E O V A T I O N E.

OVatio minor eſt triumphus, quia qui ouando vrbē ingrediebantur vno vtebantur equo, & à Plebeis, ſiue equitibus deducebantur ad Capitolium: qui autem triumphabant albis quatuor equis euecti à ſenatu præeunte in Capitoliū ducebantur: fieri autē ouatio ſolebat, quoties non interfectis, ſed fugatis hoſtibus incruenta victoria erat, vel quoties bella non rite indicta, neq; cum iuſto hoſte geſta eſſent, aut hoſtiū nomē humile, & nō idoneū foret, vtputa ſeruorū pyratarūq; &c.

Qui ouationem meruerunt.

P. Poſthumius Tubertus cos. II. ouans primus de Sabinis an. 250

C. Aquilius cos. ouans de Hernicis an. 266

A. Manlius Vulſo cos. ouans quòd inducias cum veientibus fecit. Ibid. Octob. an. 279

Sp. Vecturius craſſus ouans de Volſcis, & Aequis an. 291

N. Fabius Vrbulanus cos. ouans de Aequis. an. 332

C. Valerius Potitus cos. ouans de Aequis an. 343

Manlius Capitolinus. cos. ouans de Aequis. an. 361

M. Fabius Ambuſtus. cos. ouans de Hernicis an. 393

M. Curius Dentatus. III. cos. ouans de Lucanis an. 463

M. Claudius Marcellus. III. procos. ouans de Syracuſanis ex Sicilia. an. 542

L. Cornelius Lentulus. procos. ouans ex Hiſpania. an. 552

M. Heluius Blaſio. procos. ouans ex Celtiberia an. 558

Q. Minutius Thermus. Præt. ouans ex Hiſpania Citerion. an. 558

M. Fuluius Nobilior. Pr. ouans ex Hiſpan. vlterior. an. 562

L. Manlius Acidinus Fuluian. procos. ouans ex Hiſpania Citerior. an. 568

A. Terentius varro propr. ouans ex Hiſpania citer. an. 470

Ap. Claudius cento. procos. ouans ex Celtiberia. an. 579

C. Fuluius Flaccus. cos. ouans de ſeruis fugitiuis ex Sicilia. an. 619

P. Rupilius. cos. ouans de ſeruis fugitiuis ex Sicilia. an. 621

M. Perperna prætor ouans de ſeruis fugitiuis ex Sicilia. an. 621

M. Aquilius procos. ouans de ſeruis fugitiuis ex Sicilia. an. 654

C. Iulius Cæſar VI. Dictator. ouans in monte Albano. an. 709

Imp. Cæſar Diui. F. C. III. Vir. R. P. ouans, quod pacem cum Marco Antonio fecit. an. 713

Idem ouans ex Sicilia. an. 717

M. Antonius III. Vir. R. P. ouans quòd pacem cum Imp. Cæſare fecit. an. 713

Imp. Nero Claudius Diui Claudij F. Cæſar Aug. Germanicus ouans de Armenis, & Parthis. an.

Nero Claudius Ti. F. Ap. N. Druſus Germanicus. procos. de Dalmatis, & Pannonijs, ouans triumphansq; primus. an. 745

Druſus Iulius Ti. Aug. F. Diui. Aug. N. Cæſar Germanicus Claudianus procos. ouans ex Germania. an. 773

C. Iulius Germanici Cæſaris F. Ti. N. Diu. Aug. procos. Cæſar Aug. Germanicus. Pont. Max. Trib. Pot. III. cos III Deſ. IV. procos. P. P. procos. Imp. ouans ex Germania. an. 793

A. Plautius Siluanus procos. Legatus. Ti. Claudij Cæſ. Aug. Germanici ouans ex Britannia. an. 799

Cn. Domitius Corbulo. procos. Legatus. Ti. Claudij Cæſaris Aug. Germanici ouans ex Gallia. an. 800

Cn. Iulius Agricola Legatus Imp. Ti. Cæſaris Veſpaſiani Auguſt. ouans ex Britannia. an. 832

C. Galerius Valerius Maximianus Nobilis. Cæſ. Pont. Trib. Pot. XI. cos. IV. Imp. ouans de Perſis, & Rege Narſeo. an. 1054

Flauius Valerius conſtantius Nobilis. Cæſ. Pont. Trib. Pot. XI. cos. IV. Imp. ouans de Germanis ex Gallia. an. 1054

De ſpolijs opimis.

SPolia opima dicebantur ea quæ Dux Duci detrahebat.

Qui ſpolia opima adepti ſunt.

Romulus Rex primus Romanorum ſpolia opima rettulit ex Acrone Cecinenſium Rege interfecto. an. 16

A. Cornelius Coſſus. ſpolia opima ex Duce Hoſtium Laerte, Tolamnioq. Rege interempto. an. 325

M. Claudius Marcellus ſpolia opima retulit. Duce hoſtium Virdumaro ad Claſtidium interfecto. an. 531



Nõ facile dixerim studioſe lector quãtũ ſtudij et laboris in hisce Regibus Reginis, et Principib⁹ atq; viris ampliſſ.is Romanorũ poteſtati subiugatis, ac diuersis tẽporib⁹ eorũ ductis in triũpho colligẽdis insũpſerim. opus ſane huc usque intractabile aggrediẽs ſæpiſſime eo recaſiſſe, niſi præſertim tibi placendi deſiderio, ſpeq; adductus oẽs obiectas difficultates abrupiſſe, atq; quãuis defatigatus et sudãs metã cõtingere. Magni igitur æſtima hanc unius tabellæ imaginẽ, quæ puncto tẽporis omniũ Regũ, et Reginar, ac uiror. max. dignitatis qui ab initio a Romanis diuersis fuere temporib. debellati, eorũq; in triũphis adducti. 1. Rex Veietũ ſenio cõfectus, Quẽ p.o Romanor. Rex Romulus ſuperauit et in triumpho duxit Idib. Octob. Autorib⁹ Plutarcho 12 Dionyſio Liuio Solino et Valerio. 2. Volscor. Dux Aequus Clælius, qui quod Ardea P. Ro: cõfederata obsidione preſſerat uictus et ductus in triũpho M. Geganij Macerini Cos. II. Liu. ex Capitolinis triumphis. 3. Samnitũ Dux Pontius captus, ductus in triũpho Q. Fabij Gurgitis Procos. Valer. l. V. Plutarch. 4. Syphax Rex Parnor. glorioſo ductus in triumpho P. Cor. Scip. Africani. Polyb. Liu. Appian. Florus Eutropius. 5. Demetrius filius Philippi Regis Macedoniæ, et Armenes Nabidis Lacedæmoniæ Tyrãni filius obsides ab eorũ parentib⁹ accepti ductiq; in triũpho T. Quintii Flaminij. Plut. Flor. Eutrop. 6. Perseus Rex Macedoniæ cũ Philippo et Alexandro filijs ducti in triũpho L. Æmilij Pauli Procos. et Gn. Octauij quẽ quidẽ triumphũ per triduũ Roma celebrauit 1.a die signa, tabulasq; 2.o arma pecuniasq; 3.o captiuos ipsumq; Regẽ esse tranſuectos meminere Orosius Florus et Velleius et Valerius Antia qui ex Liu. et Plutarc. tradit innumerab. tũc pecuniã ab eo in ærariũ allatã. 7. Gentius Rex Illyrior. cũ cõiuge et liberis et fratre Carauãtio ductus in triumpho L. Anitij Quirinalis. Liu. Velleius Eutrop. Flor. Atheneus lib. 14 Plutar. in Paulo Appianus in Illyrici et alij. 8. Ariſtonicus Rex Asiæ a M. Perperna capto, et in eius triũpho ductus Velleius. 9. Bituitus Rex Aruernor. Galliæ transalpinæ uictus et ductus in triũpho C. Caſſij Longini et Sex. Domitij Caluinij, qui ſimul et una die triũpharũt Orosius Vell. Appian. M. Marcellinus quidẽ Rex bis in triũpho trãſuectus uidetur ſignificare Flor. his uerbis ut bene aduertit Sigonius. Nihil tã cõſpicuum in triũpho, quã Rex ipſe bit uictus diſcolorib⁹ in armis argẽteoq; carpẽto qualis pugnauerat secũdo ergo de eodẽ triũphaſſe cõijcitur Domitius cũ Fabio cũ quibus illũ pugnaſſe Strabo cõmemorat. 10 Iugurtha Rex Numid. et duo eius liberi in triũpho ducti a C. Mario. Saluſtius Plut. Florus et alij. 11 Principes Pyratar. filius et fil. et uxor Tigranis Reg. Armenor. et Rex Iudeor. Ariſtobulus Mitridatis ſoror cũ 5 filijs Albanor. Hiberor. Comegenor. Regis obsides triũphati in triũpho Gn. Pompei Mag. Plutarc. 12. Vergetorix Rex ductus in triũpho C. Cæsaris Dion. 13 Arsinoe Reg.a Ægypti trãſuecta in triũpho eiusdẽ Cæsaris. 14 Iuba Regis Mauritaniæ fil. qui et hist.m cõſcripsit captiuus in triũpho ductus ab eodẽ C. Cæsare. Dio. App. Plut. Suet. 15. Cleopatræ statua (nã ipſa ne uiua ducerétur) aspid. ſponte mortẽ sumere sibi cõsciuerat et elata in triũpho Octauiani Cæſ. 16. Zenobia Regina uxor Odenati Regis Palmerenor. pretioſiſſ. induta ueſtib. [illegible] aureis gemis et unionib. elegãter exculta catenis more captiuor. ligata aureis cũ hoſtiũ armis et manubijs et [illegible] curribus auro gemmisq; ornatis, quos unũ Odenati Zenobiæ mariti ipſius Regina fuerat 3. tandẽ a se [illegible] Aurelij Cæs. in eius triumpho ducta cum uarieta ac multitud. feraũ. F. Vopis. 17. Tetricus tyrannus Galliæ cum liberis in eadem Aurel. Cæs. triumpho [illegible] F. Vop.



DE · ROMANO · VETERI · GYMNASIO · LITERARVM · SIVE · ACADEMIA ·

Falsò et imerito Plin· de natura cõqueritur, q̃d cũ ceteris animatib⁹ ad se se tuẽda, et cõseruãda uires, arma, agilitatẽ, normãq. prescripserit, hominẽ nudũ, inertẽ imò et inermẽ ingenio, mẽbrisq. in infãtia
impeditũ procrearit: Tantus uir ipse consilio et literis non intelligẽs, eò magis humanę naturę prestãtiã cõmẽdari, quo obscurior ipsius ortus et maior nascẽdi imbecillitas extitisset. Homo enim in res creatas sapiẽtię,
et potẽtię habiturus imperiũ, quo pacto decẽtius in lucẽ pdiret nisi eo quo ipsũ prouida natura parẽs edere cõsueuit, animãtia quę quãdã ueluti militiã sub homine exercẽt, itaquã milites, quor precipuũ est munus
obsequi, bene armati pcedant: Homo uero dux siue imperator sine armis, dumodo cũ mente Dei solus cõpote, et animo ipsius Dei nedũ verũ omniũ capaciss.° diuinitus inspirato, et adiuto, unde uirib⁹, ingenio, et induſtria in dies magis
et magis crescat cõpareat. Hoc quide Romani quãtũ insita ipsa ratio suggerebat nõ ignorarũt, cũ suis in hominib⁹ egregias naturę has dotes excolere, ne otio, lasciuiaq. marcesceret nitebãtur. Cũ uero Imperatoria Maieſtate armis et sciẽtijs muni-
ri et decorari necesse sit, nõ immerito eãdẽ Palladẽ militari et literario cõli certamine faciebãt, quam ad rẽ Gimnasiũ literarũ, et Paleſtræ, hoc ad corporis illud ad animi exercitatione domos ampliss.s nẽpe 1200. pedes ambitu cõtinẽtes, columnis cir-
cumfultas et ornatas extruxerũt, spatiosasq. undiq. porticus explicãtes, quas meridiẽ uersus duplices faciebant, nequid detrimenti a pluuia uẽtisq. acciperẽt. intus aulæ et mansiones diſtinctæ erant, statuis et picturis ornatiss.æ ala internus
monachalis inſtar chori locus erat ubi iuuẽtus Romana literis dabat operã. eo Principes et patritij, nõ solũ honeſtæ uoluptatis sed etiã disciplinæ accipiendæ causæ uentitabãt. populoq. p circuitũ ampliss.us ad spectãdũ locus patebat.
Hic à uariar. nationũ magiſtris doctiss.' õia scientiarũ genera tradebãtur et scolaſticis sẽp certaminib⁹ cõfirmari cõsueuerãt. Quid igitur utilius, honeſtius et iucũdius Reip. qua huiusmodi academias celebrari, unde magis sapientiorũ,
preceptis, inſtitutisq. abundãter, sanctiss.' sua munera adminiſtraret, et Remp. ipsa felicius. Platonis illi simile reddat, cũ Philosophos in se regnantes, Regesq. philosophantes contineat. ex Vitruuio et alijs.

PALÆSTRÆ GYMNASIA



Idem met ambitus (autore Vitruuio) qui literarũ ut diximus, Palestræ etiam Gymnasia continebat ubi diuersi pugiles et Athletæ uarijs ac miris sese modis exercebant sub porti-
cibus longe latiꝗ diffusis, quarum appellatione, uel et̃ hastarũ, quibus utebantur in pugna, Græco uocabulo Xystici dicebantur, et hoc nomine Iurisconsulti ut Alexander ab Alexan-
dro obseruauit, eos intelligunt. non ibi deambulationes spatiosissimæ deerant, non arbores in ordinem, seriemꝗ dispositæ, quæ locum illum amænũ et spectabilem exibebant.
Hybernis fere temporibus eo Romani iuuenes confluebant, et qui se hasta qui claua, cæstu, ‖alfere, disco, qui pila, qui saltu, cursuꝗ fatigabant, ut neruos extenderent, uires
compararent, metum paulatim adimerent, tandemꝗ ad seria uariaꝗ certamina audaciores euaderent. Quãuis u.º non negamus hanc artem cœpisse Romæ uilescere,
quod ludiones huiusmodi alioqui suas in theatro operas locare consueuerant; nihilominus qui se se excolendi gratia, non eo lucrandi fine adducti eo conueue-
rant, non parum fecisse uidebantur, siquidinde laudis, præmijꝗ parassent; id enim ornamenti maioris sui loco reponebant. Vtinam iuuenes hodie Romani hoc
se studio confirmarent ut sui nominis gloriam splendoremꝗ augerent.

COLVMNA MILIARIA IN FORO ROMANO

Romani iam olim totius orbis imperio prepotētes colūnā triūphalē suæ urbis in medio quasi in ūbelico poſuere, ut eo ſigno ueluti indice quoquouerſus potētiæ et maieſtatis gloriā demōſtraret, atq. ipsā urbē, quæ mūdi iā dici caput
cōsueuerat, cor etiā illius eſſe inueret, unde uniuerſis ac ſingulis regionib⁹ terrarq. tractib⁹ reſpōderet; et tāquā ſuis mēbris decus, firmamētū, et ſalutem infūderet. colūnæ huius locū, nomen, et uſū uaria apud ueteres, et recentiores inuenio. Plu. 124
eam quā ætate ſua extitiſſe teſtatur, in capite fori Romani poſitā eſſe cōmemorat, et Tacitus et Sueton. iuxta ædem Saturni qđ idē fere eſt. Appellationē etiā diuerſas obtinuit; eaimu. [illegible] uel colūna dicitur; ſed plerūq. aurei milliarij nomine deſig:
natur. De uſu tamen diuerſiſſime Autores inter ſe diſcrepāt. Plutarchus enim tradit colūnā fuiſſe aureā, in qua inciſæ oēs Italiæ uiæ finiebāt; Plinius u. unde ipſe [illegible] initiū capiebāt; quod utrūq. niſi de uijs conſularib⁹ et militaribus
tenēdū ſit, ſtare nō poterit, nam quo pacto diuerſis uiar. flexibus, ac ordinibus conueniret. Alius quidē et ſolertius (quod initio moſtrare cœpimus) Romani rem huiuſmodi attingebāt; dum mirabili artificio ſparſū ubiq. gentiū imperiū uno ueluti
obtutu cōſpicere, atq. uno in abaco numerare eo aureo utentes milliario uoluerūt. Quamobrē Gamutij ſententiam libēter amplector, qui hanc eo erectā colūnā et dictā miliariā fuiſſe tradit, quod in illa milliaria uiarū, quā copiæ cōpendio ac ſine
detrimento ideo uiæ illæ Conſulares et militares dictæ ad prouincias ducebātur, inciſæ erant ex quibus cognoſcerent quandiu cū neceſſe erat, terra mariq. miſſi milites ſubſidio peruenirēt. fidē quoq. adſtruit R. dus admodū, apprimiq. eru:
ditus Lope Vazques à Figueiroa, qui mihi retulit ſe à Mugnoſio uiro Mathematū peritiſs.º, et emeritiſs.º accepiſſe, huiuſmodi colūnā alijs totius Imperij Ciuitatib⁹ in medio poſitis reſpondiſſe, ac proxime illis accedere immo
et ipſas eſſe, quas hodie in Caſtiglia Rollos, in Luſitania pilorignos uulgus nūcupat, ab eo quidē tēpore quo Rom.ⁱ coloniās deducebāt, in medio urbis erigere conſueuerat, quamuis res poſtea in deſuetudinē abierit, et quæ antea ad milliaria indica:
da ſpectabat nūc u.º hodie (præcipue apud Luſitanos) ad exēplū edendū Iuſtitiæ ibidē in nocētes deſeruiat. [illegible] denique rei tandiu obſcuræ doctiſs. Hieronymus Surita Cæſar Auguſtanus attulit, qui in itinerario Antonini Pij diſertis uerbis do:
cet ab Auguſto (autore Dione) hunc aureū Milliariū in capite Romani fori ſtatutū, ex quo ſpatia uiar. p urbē mearent: ſpatior. menſuris ab ipſo milliario decurrētibus neque Italiam modo, ſed et uniuerſas Romani Imperij prouincias eo decore,
et ornamento affectas fuiſſe, ut qui pro cōſulib⁹ eo munere fugerēt facilius prouinciar. urbes atq. conuētus obirent; præterea idem autor aſſeruit certa tunc itinera fuiſſe nō magiſtratib⁹ modo ſed principibus obire ſolita quæ ideo cōſularia et Regia
dicebātur, uide Amm. Marcell. et P. Victorē in libello de Regionib⁹ urb. ex quib⁹ exactis Autori: uerbis cōſtat quis Autor huius columnæ fuerit, quis uſus, et quæ uia huiuſmodi, ne lector exiſtimet hanc milliariū eſſe illā quæ in Capitolio hucuſq. [illegible]
ſcriptio planiſſime doceat primi ab urbe milliarij tātūmodo fuiſſe indicē. ut tandē lectori columnæ huius argumentū uſusq. magis inoleſcat, antiquā ab urbe ad prouincias per uias tales eo tempore obire ſolitas diſtantiā et ad ornamētū circū circa [illegible] habitu [illegible] diuerſas appoſui.



MATRIMONIVM A LATINIS OLIM ET ROMANIS NONDVM CHRISTIANIS FIERI SOLITVM

Veræ Religionis simia superstitio non ad salutarem pietatis, morumq disciplinam suis tradendam cultoribus sed ad eorum animos ad cultum Cacadæmonis misere imbuendos suos ritus in sacrificijs, sacrisq sponsionibus excogitauit, ac mysticis tegumentis supposuit ut suam ipsius præstantiã, fidemq commendaret. Cum ergo ueteres Romani Matrimonium mortalibus fædus à natura insitum, ac uniuersæ propagationis esse aditum cognouissent, id multis tegere et ornare cæremonijs ut sacrum suo modo redderent, decreuere. Quibus hic leuiter demonstratis, facile erit studioso lectori non paucam præcipue ex antiquis Poetis de eiusmodi reloquentibus eruditionẽ percipere. unico, uulgari et consueto modo (ne de confarratione et sortitione loquamur, quarũ hæc aliquando, et raro, illa solis Pontificibus dabatur) antiqui Romani Nuptiarum fædus inire consueuerant usu et coemptione etenim dote tanquã pretio uxor uirum coemere uidebatur, quicquid in contrariũ sentiat Alexander ab Alexandro aduersus quẽ Virgilius testis adducitur illo carmine: Teq sibi generũ Thetys emat omnibus undis. stipulatione facta A. ignẽ et aquã in limine appositam contingebant. qua etiam A. noua nupta aspergebatur, ut hoc duplici elemento ad uictum pernecessario inexplicabile illud inter se uinculum demonstrarent, quod idem Romulus panis et aquæ simbolo fieri præceperat. B. uersicolore ueste induebantur, non secus quam ut innuerent uaria ingenia colorum disparitate designata unius uoluntatis quasi telæ ad concordiam intexta esse oportere. C. Iugum deinde subire faciebant ut æquali sese iugo matrimonij copulatos agnoscerent. ne unus se altero minus obstrictum ad fidem seruandam, atq onera sufferenda existimarent. D. caput sponsæ obnubebant, ex quo uerbum nubere, fæminis peculiare duxit originem, pro signo matronalis pudicitiæ, quod uelum flammeum propriè dicitur idq S. Doctor Hieronymus ad nostrarum Monialium uelum non inuenuste transtulit, Virginem appellans Christi flammeo consecratam. E. nupta ipsa præcingebatur cingulo ex lana græce zona dicto, nodo quodam quem dicebant Herculanum implicatissimo. ut uirgini Herculis fæcunditate portenderent. qui (ut fertur) una nocte uirgines 50. uitiauit, et grauidas fecit; quem nodum maritus in toro geniali soluere poterat, unde zonam soluere iuste uel iniuste uirginem uitiare significat. F. continuo sponsam nuptiali sic mundo comptam lunata pelle pecudis sedere faciebant, forte non ob aliam causam, qua ut sponsam Lucinæ ope, quam Lunam quoque appellabant fæcundã quasi pecudem fore designarent. His addendus mos ritusque nunc etiam apud nos seruatus de annulo, quo sponsus sponsã sibi subarrhare consueuerat, et clauis, quas idẽ ipsam donabat, ut curarẽ familiæ, reique custodiam cõmendaret; atque in diuortio eandẽ ab uxore auferebat, ut docte et ingeniose Petrus Victorius annotauit locum appositum adducens apud Ciceronẽ ex Philipp.

SPONSÆ COMITATVS AD MARITI ÆDES SVB NOCTEM INVADENTIS

Egreſſã domo ſua ſponſã A tibice, et is cui Talaſſiũ, ſiue Hymeneũ, hoc eſt nuptiale carmen modulari curæ erat, antecedebat B ſtipabat chorus affiniũ C colũ comptã, et fuſũ cũ ſtamine deferebat ut muneres
muliebre id eſſe penſũ, ſtudiũq peculiare, uel equidẽ quantũ opinione auguror, ut ijs inſignibus pacti illius memoriã recoleret, et confirmarent, quod Sabini iã Romanis pacifici, et concordes de ſuis fili-
abus, quæ per raptũ ſub eorũ poteſtate erant, cũ ipſis inierãt, nẽ eas ſcilicet in re ulla alia, quã in lini et lanæ factione occuparet D Duo patrimi et matrimi pueri ipſã quaſi ex delitijs acclimãtẽ hinc et
illinc ſuſtinebãt E tertius puer tædã ex pinu alba accenſã ferens anteibat F quã prælucẽte ad uirũ uſq et talamũ ducebatur, unde et a poetis tædæ ipſæ pro cõnubio accipi ſolitæ G unus deinceps far toſtum
lance deferebat, quod tam erat in nuptijs religioſũ, ut diſfarrationis uocabulo diuortiũ nõ raro exprimerent H alius uas portabat aureis gẽmeiſq ipſius ornamẽtis plenũ et opertũ. Eidemq domum ingreſſuræ
I alius iuglãdes nuces aſpergebat, quo ſponsũ ſponsãq monitos uolebãt iã nuciũ ætate, ac puerilia nugamenta reliquiſſe et aliã maturẽ, ſeriãq uitæ ratione ſuſcipere oportere L Sponſus eam uenientem
aſpectãs iam fores, uti mos erat, lana, uiltiſq laneis, et lauro redimierat, ut eo quoque ornamento uxorẽ ſui iterũ officij cõmoneret M illã autẽ uiro appropinquãtẽ limen ipſũ aut ueſtibulũ tranſcẽdere nedũ tange-
re nõ ſinebãt, quin etiã a ſuis quaſi rapta trahebatur; ut deſignarẽt tantũ eſſe pretiũ pudicitiæ, ut ſi fieri poſſet, nec iniuſto quidẽ cõnubio prælibãda fuiſſet. Si Romani illi ueteres tãti uirginitatẽ faciebãt quo maiore pre-
tio Chriſtiani hanc celeſtẽ margaritã, p legẽ Euangelicã melius de eius docti præſtantia ducere debuiſſet, quã ſi quiſquã ob prolis incrementũ imminuere et labefactare cõſtituat nõ iã ipſi matrimonio tanquã naturæ
fœderi, ut antiqui, ſed uti etiam ſacramento gẽmã aliã ineſtimabilẽ, nempe gratiã cõtinẽti dantique acquiſcat. ſi ergo nos Chriſtiani melius omnibus pudicitiæ hanc gẽmã cognoſcimus quare illius pretium
nõ penſitamus, nẽ ipsã niſi cũ Deo, eiuſq gratia cõmutamus? Præterea poſtes ipſos ſuillo et lupino adipe inũgebãt quo ueneficia cæteraq id genus nocumẽta abigi credebãt. Nec tandẽ tres illos aſſes præ-
terire debeo, quos ſponſa ante talamũ myſtice tractare cõſueuerat primũ enim coniugi dabat pro ſigno coẽptionis ut diximus; alterũ ſub pede cõtinebat deinde in ignẽ lariũ coburendũ demittebat quo
docuiſſe cenſeo fœminæ iã nuptæ pecuniã eſſe cõtẽnendã pedeq cõculcandã acneq in fucos, mũdiq uanitatẽ, ſed in uſũ lariũ, hoc eſt ſuæ domus abſumendã; tertiũ et ultimũ in ſacciperio, nempe maiori
crumena reponebat, quaſi benigne cũ Dijs agendũ ſibi eſſe demonſtrarent.

DE DIGNITATE MILITARI APVD ROMANOS

Dignitas militaris, qua nihil præſtantius apud Romanos inueniri poterat, quatuor ornamenta continebat: primũ erat Labarum, ſiue ſiparum Imperatoris inſigne purpure- um candyi, hoc eſt fuſti ſeu haſtili inſertum, quod ante eudem in expeditione aliquam exeuntem, deferebant, ut plane Gulielmus Choul Lugdunenſis in lib. de religione Rom. expreſſit ex aureo Auguſti numiſmate. In quo quidem Labaro, imperio declinante Maxentius aquilam pingi fecit, ut ex ipſius quoque nummo perſpicitur. Tandem uero Conſtantinus iam fidei Chriſtianæ compos, et beneficiorum in ſe Chriſti Dñi immortaliter memor eo maxime, quod illius in cælo Crucem conſpexerit unde et uictoria de Maxentio qui cum pugnabat reportandam diſertiſſime legerat his uerbis; in hoc ſigno uinces, deinde non aquilæ imaginem, ſed cæleſtis agni Chriſti nomen hocmodo ☧ ſuis poſteris in Labaro deferendam mandauit; quo etiam argumento Tertull. apol. aduerſus gentes c. 16. docet, imaginem Crucifixi labaro ſuperadditam fuiſſe felicibus illis primeuæ Eccleſiæ temporibus ut bene obſeruauit Iacobus Gethſerus ex Societate Ieſu in lib. cot. Iun. Aliud erat Aquila, qua in uexillis Ceteruq; ſuorum inſignibus utebantur ut huius alitis ſymbolo quæ auium primatum obtinuit ſupereminentem alijs potentiam ſuam exprimerent; unde tamen hoc auſpicati, non facile dixerim niſi innuenter ex Cornelio Nepote qui de L. Tarquinio Priſco Romanorum Rege V. breuiter ſcribens commemorat à ſuis, hoc eſt Græcis Romam aufugienti aquilam pileum ſuſtuliſſe, quod ex Tanaquilis uxoris quæ augurandi diſciplinam callebat ſententia regnum ſibi portendi cognouit, unde forſitan ex eo tempore aquilam ſibi ſuiſque in uexillo geſtari fecerit. Tertium conſulatus, quem, Regibus exactis, conſtituerunt, a conſulendo mitiore uerbo dictus. bini creabantur Conſules, primi quidẽ omnium L. Iunius Brutus et L. Tarquinius Collatinus; ſummam Imperij gerebant, copijs que imperabant. Ne autem regium aliquando nomen uſurparent, neu in quemquam deſæuire poſſent, ius ab eis prouocandi conceſſum. vltimum Tribunatus magnæ quidem autoritatis in bello, quem Imperator conſtituens, traditam ſibi in milites poteſtatem ſignificans gladio manu ſua donato decorabat. munus erat, caſtrorum, equitum peditum que ordini, et indemnitati conſulere, munitioni, ne quid deeſſet, prouidere, milites iuramento conſtringere, emeritos, iuſſu tamen Imperatoris cum honoribus et immunitate de- mittere, ignauos exauctorare, claues caſtror; cuſtodire, ægrotos inuiſere, uulneratos medicari, nomina militum ſcribere, ac potius memoriæ ut ſingulos nominare poſſet, defigere, militum tandem quæſtiones dirimere.

DE ORDINE MILITVM ET MAGISTRATVVM MILITIÆ.

1 Rorarij adprimos congreſſus, parma gladioq munit.
2 Anteſignani qui primi erant agminis.
3 Pilani qui pilis hoc eſt iaculis depugnabant.
4 Haſtati qui erant fere tyrones.
5 Triarij magnæ uis et firmamenti in prœlio ex ueteranis.
6 Velites siue læuis armaturæ ad excurſiones in hoſtile agmen faciendas in secūdo bello punico inuenti.
7 Sagittarij inter hos Ferentarij, ideſt funditores et c.

1 Milites pretoriani siue celeres ad cuſtodiā Imperatoris.
2 Vrbani ex quibus uexillares cohortes delegebant.
3 Cataphracti suis iuuamēto erāt hoſtibusq terrori, ūdique armis cooperti.
4 Statarij Equites suris inermibus, cetera munitiſsimi.
5 Accenſi in mortuorum locum suffecti.
6 Calones, et lixæ qui necessaria miniſtrabāt que seruilia officia Brutijs erant propria quibus eos Romani damnauerant ob eorum ad Annibalē defectionem
7 Picentes tabellarij et uiatores exercitus.

1 Milites centurioni suberant.
2 Centurio tribuno
3 Tribunus prefecto Caſtrorum.
4 Præfectus Legato.
5 Legatus Consulis parebat imperio

DE TERRESTRIBVS ROMANORVM COPIIS.

NON eſt dubium, quin Imperij Romani magnitudo indies magis, ac magis ex conſilio, & rei militaris peritia, ac potentia creuerit: & enim ſic hæc tria connectere Romani illi veteres norunt, vt vel in maximis periculis, & ſuorum internecione militum, deploratiſque rebus celebritatem ſui nominis, & gratiam conſeruare potuerint. cum autem vidiſſent neruos, & firmamenta Reipublicæ in militum magnitudine, & præfectorum prudentia, ac virtute conſiſtere Romani, in Vrbe, totoq; Imperio Legiones in præſidijs diſponere nitebantur, quas tria in genera diuidebant. Primi generis Prouincijs conſcribebant. Secundi Vrbis defenſioni, & Imperatoris Cuſtodiæ deſignabant. Tertij in claſſes mittebant maritimas: milites, qui Prouincias tuebantur, ſiue Prouinciales, numeroſiſſimi erant. Vrbani, & Prætoriani, vel celeres à Romulo vocati, & inſtituti, potentiſſimi; quippe qui quem vellent in Principem, aſſumebant, aſſumptumque mox deturbabant, erantque arbitri, & ipſius Imperij moderatores: Maritimi tandem vtiliſſimi, vt proximè dicemus cum de maritimis ſermo erit. Sub Auguſto & Tiberio vigintiquinque Legiones numerantur Dione, Tacitoque ſcribentibus: quin etiam ſub Traiano & Adriano ad triginta, & ampliùs peruenerunt, vt ex columnella cognoſcitur, vbi Legionum nomina inciſa ſunt. De Adriano diſertis verbis Appianus Alexandrinus affirmat, eius ſtipendia ducenta millia peditum, & armatorum quinquaginta meruiſſe, &c. quem vide in eius ad Parthica, Libycaque procemio. ſic autem diſpoſitas ex Tacito alijſque nouimus; in vrbe perpetuò ferè erant duodecim, quarum nouem prætoriæ dicebantur, treſque Vrbanæquæ Imperatoris Latera tegebant, & in Palatio excubabant. Præcipua mille centum & quinque pedites, & mille & triginta duos equites continebat, cæteræ pares inter ſe numero. Tres hæ tamen non ſemel ab exteris fuere militibus. Nam Auguſtus & Galba ad ſui cuſtodiam Calaguritanos vocarunt, C. Caligula Batauos, Antoninus etiam equites Germanos acciuit: Traianus nullos adhibuit, dictitans excubias militares, & corporis cuſtodes non Cæſaribus modo, ſed Auguſtis mulieribus, vt matri, & coniugi olim apparuiſſe. Iulius quoque Cæſar nullos admiſit, quod diceret ſatiùs ſibi eſſe ſemel morti ſuccumbere, quam metu aſſiduo detineri. Vrbani à Prætorianis diuerſis differebant inſignibus. Prouincialium Legionum tres habebant in Hiſpania, octo in Gallia ad Rhenum, duas in Africa, tres in Aegypto, tres in Suria, duas in Miſia ad Danubium, duas in Pannonia ad Danubium, duas in Dalmatia. Stationabantur ſemper à confinijs ſemotæ, ne quid Romanis ſocijsvè damni, & moleſtiæ, at hoſtibus plurimum inferrent nocumenti. Copiarum quoque inexhauſta Romanorum potentia arguitur, quòd in vno prœlio viginti millia, in alio proximo nouem millia; deinde quinquaginta millia deſiderati ſunt, & ſub idem tempus fame, & peſtilentia oppreſſi; præterea inteſtinis agitati diſcordijs, qui ſupererant, ni mentis ſolertia, animique conſtantia vterentur, actum de Imperio fuiſſet, vt Appianus obſeruauit. Præterea quod non in vnius Alexandri gloria, & ſalute, vt Macedones, nitebantur, ſed multos ei pares Alexandros habebant, quorum vno extincto, alius ſuperſtes præteritam reſarcire iacturam facillimè poterat, vt Liuius tradidit lib. 9. vltimò ad eorum commendationem accedet, quod Iuſtinus de ipſis teſtatum reliquit; nec enim cum vincebantur animis minui, nec cum vincebant, ſecundis rebus inſoleſcere conſuerant; victoriæ gloriam Romano nomini vendicandam, opum luxuriam ſocijs relinquendam curabant.

COLVMNA ROSTRATA QVÆ ADHVC VISITVR IN CAPITO LIO IN ÆDIBVS CONSERVATOR. CV. OMNIBVS VICTORIJS NAVA[S]



Exemplū eiuſdē inſcriptio: nis quæ in baſi huius Co: lumnæ cernitur ad Capitolium.

C Duilios M F M N CONSOL ....
.... Segeſta opidom
obſidioneD EXEMET LEGIONES ROManas pariculæ
MAXIMOSQVE MAGISTRATOS aliberauit cumuib
in NOVEM CASTREIS EXFOCIVNT MACELLam urbem,
pu NANDO CEPET ENQVE EODEM MAGIStratum,
REM NAVEBOS MARID CONSOL PRIMOS Geſſit,
CLASSESQVE NAVALES PRIMOS ORNAVET PALmas,
CVMQVE EIS NAVEBOS CLASSEIS POENICAS OMNEIS,
SVMAS COPIAS CARTAGINENSIS PRæſente hanibale,

DICTATORED OL........ IN ALTOD MARID pugnando ....
quinQVE NAVEBOS ET CVM SOCIEIS SEPTE.. Remem
......QVE TRIREMOSQVE NAVEIS X cepit.
aurom CAPTOM NVMEI ↀↀↀ D C C
argentom CAPTOM PRAEDA NVMET
CAPTOM ... AES ....

..deQVE NAVALED PRAEDAD POPLOM .... donauet,
CARTAGINENSI . N ... NVOS L ....
..... Et ...... CAPT ....

Romani genus ut Plin. uerbis utar in gloriā ſuā effuſiſſimū ſātar; laudū hinc et illinc pullulātiū ſegete nō cōtēti ſingulis ſingula erigere et ſacrare monumēta uoluerūt, quæ imortali tropheo suor. ducū memorias cōſeruarēt; quaobrē columnā excogitarūt, quę qā nauiu effictā roſtra protēdebat, et ex hoſtiliū captar. nauiū roſtris cōflata erat, roſtrata merito dicebatur, naualiū unde decor. inſignia dependebat, ſita erat in Capitolio, ubi et hodie ſemidiruta parietiq. infixa, cū antiquiſ.ª inſcrip.ⁿᵉ viſitur. ad eū locū oratores, qā cliētes ſuos dicēdo tuebātur, dicere pro roſtris lector intelligas. Autor huius colūnæ C. Duilius fuiſſe creditur qui cū triūphū nauale p.ˢ egiſſet, a Senatuq. id honoris accepiſſet, ut ſibi a cœna reuertēti tibicines caneret, et funale præferretur quotidie, eā erexit; Martiq. ex ſpolijs cōſecrauit, ut diſertis carminib.⁹ Sillius Italicus cecinit lib. 6 Roſtra gerēs niuea ſurgebat mole colūna exuuias Marti donū, quæ Duilius alto Ante oēs merſa Pœnor. claſſe dicabat; cui nocturnus honos funalia clara ſacerq. poſt epulas tibicen adeſt. fauet etiā antiqua, de qua memini, inſcriptio: nec aliter intelligēdus eſt Plin: 34. p.ˢ ergo qui Romanis ſuaſit naui contēdere Oppiū Claudiū Caudice fuiſſe Suet. in Tiberio perhibet, eo cognominati, qā tabular. cōtextū ex quib.⁹ naues edificātur caudicē appellare cōſueuerat, et ipse Claudius eodē autore Trāquillo p.ˢ fuit qui freto claſſe traiecto Pœnos Sicilia expulit; quaobrē huic Oppio Claudio, qui aditū nauigādi atq. hoſtes inuadēdi patefecit, poſteri uictoriar. et triūphor. ſuor. gloriā acceptā referre debuiſſet. p.ˢ qui nauali prelio uicit I. fuit C. Duilius qui ad Milas 50 naues cepit Anibali, primusq. triūphauit. 2 Cor. Scipio Cos. de Pœnis, Sardis et Corſis nauali ex uictoria triūphauit, ut ex tabulis Capitol.ⁱⁿ cōſtat. 3 A. quilius Florus procōſul Amilcarē Pœnor. ducē paucis nauib.⁹ fugauit. Oroſ. Gellius l. 3. Pli. 22. Frōtin Val. l. 5. 4 Cn. Octauius Pretor Kalen. decēb. de Rege Perseo nauale triūphū egit, Velleius et Plin. l. 34. 5 Attilius Regulus Cos de Pœnis triūphauit quia seniore Anibale prelio nauali uicerat. Oroſ. Flor. in epit. 6 Attil.ˢ Calatinus paucis nauib.⁹ uictor Amilcaris triūphū duxit. 7 Luctatius apud Ægates in mari Siculo Hanone Pœnor. ducē glorioſe deuicit qua in pugna 63 naues punicas cepit et 125 demerſit. Eutrop. 8 Seruilius Pretor predones maritimos uicit et uectig. imp. Ro. fecit. Marcellin. l. 14 et Crete Ciliciaq. bello pyratico pdomuit. Iuſt. l. 2 et ex bello Paphilia obtinuit et Ciliciā Piſidiaq. deuicit ac fecit prouinc. Iornan. 9 M. Agrip.ª roſtrata nau. cor.ª a C. Ceſare donat.⁹ ē et triūphali more in urbe peruectus Dion. 10. Octauius Aug. Antonium et Cleopatrā ad Actiū nauali prelio uicit 11 L. Æmilius Regillus pretor inter Ephesū Samū et Chiū cū prefecto Reg. Antioc. pugnās claſſe eius uicit fuditq. cōcidit fugauitq. ac naues ... cū oībus ſocijs cepit ... 12 Cn. Ful. Centumalus ... nauali triūmp. egit 13 Q. Fab. Q. F. Q. N. Labeo pre. ex Creta inſula naualē egit 14 Cn. Octauius Cn. F. CN. N. PR. ex Maced. et Rege Perse naualē egit



DE COPIIS ROMANORVM MARITIMIS.

Per maria, et fluuios portus habebant, ubi classes in proptu essēt ad maris inferi, superique defesione ex Suet. Tacito lib 4. ānal et Vegetio, duos maximos, ceteros minores, in quibus maiores, uel minores copias cōtinebāt. Portus Miseni et Rauēnæ: ille, quia eſt ad Siciliā, claſſes recipiebat ad Galliā, Hispaniās, Mauritaniā, Africā, Aegyptū, Sardiniā, et ipsā Siciliā cœrcēdas, et a Pyratis defēdēdas. Hic uero, qui 250 naues Dione uel potius Iornāde teste, capiebat claſſim habebat, quæ Epyrū, Macedoniā, Greciā Propōtide, Pontū, Cretā, et Cyprū et reliquā Oriētis regionē pluſtrabat. cæteri ad huc portus minores erant, uidelicet, Coloniæ, et Fregij uel Foro Iulij in Gallia Narbonē ex Tacito l. 4 ānal. et in Ponto ad initiū maris Mediterranei supra Bizantiū, qui Portus, ut meminit Strabo l. 7. centū nauiū capax erat, ubi Iosephi Hiſtorici tēpeſtate tria millia militū et 40. naues longas roſtratas cōtinebāt; et in Ostiā ut ex Suet.º colligitur. Preterea ꝑ fluuios classes disponebāt nēpe in Rheno ubi erāt copulę, naues nō ita grāde imò potius nauiculæ, liburnæ hoc eſt biremes: et in Danubio, ubi genus erat nauiū quas Lusorias appellabāt quibꝫ flu.ª discurrebāt; et in Euphrate aduersus Parthos. in quibus ijs copijs 100 millia armatoꝝ et remigū uersabātur. ubiq; turres Pharos dictas erigebāt unde luminaria ꝑ noctē disposita uiā late nauigātibꝫ preſertim portū intraturis oſtenderet.



HORTI·P·OVIDII·IN·VIA·FLAMINIA·SVPR·
Colles Hortulorum.

Ad arcũ Claudii iuxta uiã Flaminiã P. Ouidiũ Nasonẽ Poetã habuisse hortos nõ dubiũ: cum ipse de Ponti exilio scribens commemoret. Nec quos pomiferis positos in collibus hortos, Spectat Flaminiæ Claudia iuncta uiæ: quemadmodũ et in 1. de tristib. domũ nõ longe a Capitolio sibi fuisse dicit; hanc ego suspiciens, et ab hac Capitolia cernens quæ nostro fruſtra iuncta fuere lari. Neque etiam dubium quin horti isti delitijs et amœnitate alijs, quos hucusque descripsimus adæquarint quia eos a maioribus suis qui equestris erant ordinis, acceperat. enimuero crediderim ibi Nimpharum inter fontes colludia, et Satyrorum crebras inter nemora indagines non defuisse per effigiem, nec cætera, quæ uir tantus ingenio studioq. poesios suis carminibus adumbrauit. Fuit Ouidius patria Sulmonensis genere clarus patrimonij diues, ut diximus, Retor et orator mirabilis, quã artem non coluit ex promore in Musas obsequio atque ingenio profluente quo omnes sui temporis poetas, qui et apud nos maximi iudicantur, omni in genere imitandos proposuit, acre ipsa perfecit. nam tersus et fœcundus eloquio, iudicio excuſsus, sententijs clarus, et acutus, ordine, styloq. rarissimus fuit; ut omnia quæ ipsius extant in Rep. literaria monumenta testantur. Tandem quo, nescio iure miser exulauit, et in Ponto per octo fere annos usq. ad mortem delituit: cũ nullus sit qui causas exilij asseuerare audeat præsertim cũ ipse duas innuens, unamq. exprimens alteram sub altera uelit intelligi, et aliquando amice rogat occultari, dicens: ut quid præterea peccarim, quærere noli: ut pateat sola culpa sub arte mea: idest arte amandi, quam cõposuerat cuius pretextu Auguſtus, ne se traduceret, poetam amandauit in exilium suspicor tamen fuisse, quod Cæsaris quid arcani aliunde sibi notũ detexerit ut ex 3° de tristib. Inscia quod crimen uiderũt lumina, plector, qd errorem merito appellat; quippe qui maximus esse solet, Regis aperire sacramentũ, ut diuinis docemur oraculis.

THEATRVM CORNELII BALBI GADITANI



Cum Auguſtus vrbem Romã ornatiſs. faciẽdã curaret Cornelio Balbo uiro ditiſs.° et liberaliſs.° ꝑsuasit, ut ad eius uoluptatẽ et elegãtiã theatrũ cõstrueret: qđ quidẽ Balbus ita cõfecit, ut inter duo illa celebriora Põpeij Marcelliq. theatra numeretur ab Antiquarijs. nã loca 30. millia cõtinebat ubi 4.or ex onyce ineſtimab.lis pretij columnas collocauit: quod aute a Claudio Cæs. dicatũ fuiſse scribat Andreas Fuluius cũ cæteris id eo forte cõtigit, qđ Cæs. inire gratiã uellet, primasq. illi cõcedere, qui eũ ad rẽ huiusmodi magnificã excitauerat; non aute ut falso opinatur Balbi fuiſse appellatũ ab ipsius cryptæ uicinitate nõ animadu. maxime sibi ipsi repugnare cũ dixisset Cesaris hortatu theatrũ illud a Balbo fuiſse cõstructũ. diſsident tamen Antiquarij de huius molis loco uaria ac diuersa sentiẽtes. etenim Faunus, qui etiã de situ dubitat, refert aliquoz fuiſse sẽtentiã inter Panteo, et theatrũ Popeij stetiſse, ut hodie sub palatio Ducis Cesarini apparẽt uestigia, et uidetur eidẽ dedisse palatio fundamẽta. Fuit Cornelius Balbus, ut Blondus affirmat ex Gadib. Hispaniæ ciuitate oriundus, primus qui Pompeij Mag. beneficio ciuiũ nu. fuit adscrip.; nec Romã unquã, Cornelio Tacito autore, tãtis hũc aduenã studijs et ornamẽtis augere pœnituit qui acerrime pro illius sẽp gloria, et salute dimicauit: pro quib. merẽtis cõsulatũ obijt ãno ut scribit Plin. lib. 7. a cõditione Romæ 713 fuit eo etiã diuitiar. cumulo preditus, ut e uita decedẽs infinitã quãdã pecuniæ multitudinẽ Pop. Rom.° diuidendã reliquerit. quã etsi Lipsius qui ex Dione Nic. hoc memorat, ad certã sũmã reuocare nõ potuit, tamẽ subductis rationib. inuenit 25 drachmis singulos diuidẽdis Romanũ unicuiq. aureũ obtigiſse quã apud nos hodie 25 denarios cõstituit. Merito igitur huius uiri magnificẽtiã Lipsius admiratus, quid inquit Heredib. testamẽto reliquiſset, quãdo incredibile hoc auri pondus pop.° diuidendũ mandauerit. dignũ profecto facinus Hispano pectore quod uiuẽs nedum moriẽs magnitudine suã celare nõ potuit. si ultima Hispania hunc Romæ uirũ donare potuit qui et tantæ gloriæ et ornamẽto fuit, quid ꝑ Deum immortalẽ de cæteris faceret, quos suis ex uiscerib. eidẽ uel ad eruditiõne uel imperiũ tradidit; quid de Seneca et Quintiliano uiris Cordubẽsib. referã quoz alter Philosophiæ alter Rhetoricæ lumen extitit. Quid de Lucano Corduben. etiã ac de Martiali Tarraconen. de Musis tã bene meritis dicã, silentio ne prætermissa Traianũ Hispalensẽ, nunquid Adrianũ ex Hispania oriundũ, num M. Antoninũ Piũ, quẽ Capitolinus ex Hispanis origine traxisse memorat. de Bonoso sermo erit qui etiam referẽte Vopisco Hispano concretus sanguine creditur; nõne et Theodosiũ cũ Arcadio et Honorio liberis Hispanũ omnes agnoscunt et uenerantur, omnes quidem rebus feliciter et animose gestis Imperatores clarissimos; de antiquis satis est dixisse hactenus, ne in multis et alijs, quos postea Hispania genuit, atq. huc usque gignit, immorandũ. Tandẽ Pacati in Panegyrico Theodosij argumentum hoc satis uotum uerbis expediam. Hæc durissimos milites, hæc expertissimos duces, hæc facundissimos Oratores, hæc clarissimos uates parit, hæc Iudicum mater, hæc principum.

DE ARCV DOMITIANI HODIE ARCO DI PORTVGALLO



Inter alia adulationis argumenta, quibus ueteris Romanis suos imperatores, aut Ciues triumphantes excipere solebat, arcus erant triumphales artificiosissime elaborati, quos quidē erigebant, ut innuerent mortale illos natura exuisse, et ad imortalitate aſpirasse · cum uero in tota Vrbe Romæ · 36 · Arcus huiusmodi exſtetiſſent diuersis Imperatoribus excitati nō minoris structuræ, et elegantiæ fuit Arcus hic in honore Domitiani extructus, unde et Domitiani appellatur, quanuis eundē inuenio Tripolis quoque appellari: Hodie uero Arco di Portogallo · lapidibus marmoreis erat incrustatus cū quatuor pulcherrimis columnis ex natura uersi coloribus ut uestigia ad huc indicant cum statua ipsius Domitiani in procera statura ut docet Sueton. expressa ad eum modū quo ex eius Numismatis uidetur excussa · Infra direptæ urbis erat effigies prope Victoria, Pallasq. gratulatis specie · uerū hoc indignē; quia si credimus Plinio Iuniori in Panegyrico Traiani Domitianus nō ligitime triūphauit ut similes honores iuſtē mereretur nisi quos ficte et per metū ei ciues conferebant · tandem indigne Vespasiano Patre, Titoq. fratre gessit Imperiū · fuit namq. luxuriæ deditissimus, infestiss. præsertim senatorib. uirisq. patritijs, Chriſtianis, et Iudæis ex stirpe Dauidica quos ad ultimū suppliciū persecutus est · tandē et muscis, quos transfigebat in otio · unde dicteriū illud ortū habuit cū namq. quæreretur qui cū esset Domitianus; respōsū est nec musca quidē quia homines, et muscas occidebat ne quis alius superesset · cum uero qui male agit, male quoq. occumbat præmiū sui sceleris accepit, nam ab Stephano Maioredomus qui corona græce dicitur occisus fuit.

THERMÆ NERONIS ET ALEXANDRI SEVERI

post templū S. Euſtachij.



Poſt templum S. Euſtachij ubi fornices nonnulli extant Nero suas thermas conſtituit quarū et meminit Suetonius et Martialis elegantiā cōmendauit. nō desūt tamen qui hasce thermas cum Alexandrinis, confundāt, dicentes eas poſtea Ab Alexādro Alexandrinas fuisse dictas, ut Eutropius affirmat id nominis suo tempore conseruasse cōmemorans. cæterū parū uersimile uide: tur. eo quod testatur Lampridius ipsū Alexandrum thermas sui nominis condidisse, iuxta eas, quæ Neronianæ fuerant, aqua inducta Alexandrina quæ nūc dicitur. quod quidē accidere potuisset si usquam legeretur Alexandrum Neronianas inſtaurasse, ut legitur suas eis proximas extruxisse quibus et siluā addidit plantatā in domoꝗ spatio quas propterea emerat, et deiece: rat. falso ergo opinatur qui dicūt illas stetisse ubi nunc S. Alojsij eſt templū: cū conſtet ex Sexto Ruffo ibi Adrianū fuisse thermas. Fuit Alexander Seuerus Heliogabalo ex parte Mameæ matris consobri: nus, adoptatus ab eodē eliogabalo successit imperio, sed a Patris impuris moribus quā maximi alienus. enimuero uitæ innocētia, mira in homines humanitate præcelluit, adeo ut imperiū tunc eius incruentū diceretur. rebus tandē in Persidi feliciter gestis in Germanos tumultuātes arma cōuertēs Maximino proditore militiaq. cōiurante cū matre sub tentorio occisus fuit 13 anno sui imperij ætatisq. 24. Primus post Adrianū pietatis ueræ lumen admisit, etenim in sacello domus suæ Chriſtū sibi colēdū proponebat. naturalis legis dictamē usurpabat. quod tibi nō uis alteri ne feceris.



Pub. Nasica, quē falsæ illius diuinitatis oracula et senatus optimū suæ ætatis ciuē iudicarunt, primus Cibeles Deor; matris creditæ ab antiquis religis Christianæ tunc rudib' simulacrū in tēplo Victoriæ, quod erat in Palatio, col-
locauit, cui postea Iunius Brutus tēplū ibidē cōdidit, et dicauit, ludisq; Megalēsib' exornauit. Quid uero causæ fuerit, quare Deā istā eatenus peregrinā suor; in ordine Deor; ac numero habere cœperint, comentatur ut refert
Cornelius Nepos c. 83. Anibale Italiā deuastāte Sibillinor; libror; responsis urgētib' simulacrū Cibeles Deæ a Pesinūte ciuitate Phrygiæ accersitū, nauiq; p Tiberim deportatū adhesisse uadis, nec ulla ui unquā inde extrahi
potuisse quoad Vestalis Virgo Claudia incestus antea accusata inocentiā suā prese ferret, quia zona, qua præcincta erat nauē illā facile impulit mouit, ad portūq; applicauit. quia u. simulacrū luto infectū erat, postero die in Al-
mone flu. ablutū Nasica p Capenā portā in Vrbē aduexit. Ne hoc quāuis uerū esset lector admiretur; nouerit Dæmonē suis a natura uirib' ad hec puenire potuisse. ut de alia Vestali Virg. traditur, quæ pariter ut florē pudicitiæ
nō usque eo raptū demostraret cribro aquā fluminis tenuit quę tamen potētia ad uaticiniū extendi nulla modo potest. quo quidē spiritu ex arcano Dei cōsilio Sibillę prēditę fuerūt: ut p numismata uidere est Seueri, Getæ, Iuliæ Piæ et
Antonini Pij effigies huius Deæ uarię in marm. quauis uc materia ducebatur; modo. n. ut ex antiquo marm. Romæ hodie uidetur curru leonū sedit, una manu tympanū globū uc tenēs altera spicas frumēto grauidas cui et coronā in
capite turrigerā imponebāt cū hac subscrip. M.D.M.I.E. altinus I. Cornelius Scipio Orestinus V.C. Augur et c' ut innueret terrā ędificijs siue suis motib' quas turrib' coronari. timpanū adiūgebāt, ut terræ rotūditatē, uel uētos, uim in ea inclusam
demostrarent. spicas addebant, ut oē genus fructuū designaret quo tellus tāquā oium sola mater uiuētes pascere, et nutrire consueuit modo uero cū eadem corona, sceptroq; fingebatur mamāq; multitudine ut ipsā totius orbis nutricē exprimerent duas
brachijs leones sustinēs simbola quidem ipsius potētiæ et fortitud. diuersas circū retinēs animantes ut eos quasi suo ex utero produxisse ostendere tādē uero geminos ceruos ad pedes habēs nō ideo ut eam se esse Dianam agnoscerent, sed puto ut
eo ius significarent fore, partus similes esse ceruar; quę nō pariunt nisi tonitruis ac imbrib' terreantur, et madefiant hac ideo mater Deor; credebatur, sacerdotes ei enuchi seruiebāt quos Gallos appellabāt Boccatiū



Conſtat ex M. Varrone (ne equidem in alijs immorer) in eius de re ruſtica libello Romanos ne in epulo, triumpho et collegijs, quid ex terreſtribus uolatilibusq. deeſset animātū, loca quædā habuiſse extra urbem magnis apparata molibus, quæ huiuſmodi altilia continerent. Quæ autem auium erant receptacula ornitōnes græce latineq. auiaria dicebantur; quorū tria genera, duo manifeſte, terūū innuenter docuit ipſe Varro. Vnū extructū delectationiscausa, quale ipſius Varronis fuit ſub Caſino, quod hic graphice ex Pyrro Ligorio deſcriſsimus: alterū fructus cauſa, quo genere Macel: larij domi foriſq. habebāt loca clauſa, et rure maximē conducta in Sabinis, quod ibi propter agri naturā frequentes apparēt turdi: tertiū delectationis fructuſq. cauſa quod Lucullus in Tuſculano ſupbe, et elegāter extruxit ut in eodē tecto Ornithonis inclusū triclinium haberet, ubi delicate cænitaret, et alios uideret in mazonomo poſitos coctos, alios uolitare circa feneſtras captos. ſub hoc Hornithone erāt pauones, turtures, turdi, coturnices, anſeres, querquedulæ, anates. Eonumq. deuenit luxus et lautela Romanorū, ut iā nō gallinas, neq. colūbas, ut antiquiores, enutrirēt: ſed hæc auiaria mutato nomine, quod uocantur Ornithones, quæ palatū ſuaue domini parauit, ut tecta maiora haberēt, quā tum habebāt totæ uillæ, in quibus ſtabularētur turdi, ac pauones et c. Varronis ſunt uerba lib. 3. de re ruſtica quem lector ui: deas ut luxū deteſteris, quæſtū uero quo poſsis honeſtiore modo amplectaris.



Naumachia ita dicta a prælio nauali. ad exercēdā enim iuuentutē Romanā nō solū terrestri, sed etiā nauali prælio Naumachiæ instruebatur, quod nō minus classe, quā castris Romanū prorogaretur imperiū. Hanc Domitianus Imp. extruxit sub colle hortulorū, loco sane cōmodo, quod facile in ualle hanc Martia dicebatur, poterant aquæ per aquarū ductus ex locis editiorib' deduci. Effossa enim terra, undique muro cinxit fossam amplissimā, in quā ex aquæductis emissa aqua, lacus seu pelagus efficiebat latissimū, ita ut nauib' ac triremibus esset locus ualde cōmodus. tali enim artificio nūc educebatur aqua nunc reducebatur finito prælio, ut ubi modo pelagus, nunc tellus uideretur, cū peregre aduentantiū præsertim stupore atque oblectatione. Adhuc supersūt nō nulla uestigia ex quibus aliquo modo colligitur quāta fuerit eius magnitudo, nō desunt qui uolunt ad Tiberim ferme excurriſse nauib' enim hic triremiū instar naualiā, ut dixi, cōmittebantur prælia, nō minore spectātiū uoluptate quā ea gerētiū utilitate, eo modo in Circis et Amphitheatris terrestria prælia inibatur. Ex his enim exercitationib' ille fructus constabatur et otiū pelleretur ex Vrbe, populus teneretur, et Rom.na præsertim iuuentus ablegato otio aſsuefieret prælijs quib' Romanū ppagādū et tuendū erat imperiū cōmittēdis.

SEPTIZONIVS VETVS AD THERMAS ANTONIANAS



Ex omnibus Romæ ueteris monumentis nullū fere eſt, quod Romanorū facultates ingeniū et scientiā demonſtraret quā Septizonij moles illamirabilis quā Plinius memorat, Septi-
soliūq. appellat, alij Septodiū uocare nō dubitant de cuius artificio abunde nouimus, nihil prorsu de Autore, nonnulla de loco conijcimus De artificio conſtat quidē septē habuisse
solaria cū colunar, totidem peristilijs septem cæleſtiū zonar, in terris simulacra referens unde et nomen accepit: id iuxta noui Septizonij ruina fuiſse autumant Antiquarij quæ in Six-
ti V. pontificatū puenies quomodo se quondam habuerit oſtendebat quā tunc temporis minitante, ne qui eius spectandæ gratia ueniebant aliquando quid cladis acciperent, dirui ipse Summus
Pontifex imperauit De Autore nulla mentio reperitur cū de nouo nullus dubitet. Nam Ælius Spartianus de Septimio Seuero teſtatur; cū Septizoniū faceret, nihil aliud cogitaſse, quā ut ex Africa
uenientes suū opus cōspiceret · quod sane de nouo, nō autem de ueteri instaurato Septizonio, ut uerbū ipsū facere indicat intelligimus; quare de antiqui conditore nihil adhuc accepimus · locus uero
(si Pyrro Ligorio habenda fides) ille dicitur, qui thermis Antonianis propie eſt. Huius antiqui Septizonij sacræ et profanæ literæ meminere · nam Sueton · narrat Titū natū esse iuxta Septizoniū, et in Actibus
Apoſt. scriptū legitur, Apos Petro ante Septisoliū in uia noua cecidiſse fasciolā ē suppurato diuturnio cōpe de crure hoc quidē de ueteri nō autē de illo Septimij Seueri (de quo alibi) quod tūc esse nō
poterat, intelligitur locus plane celebris et conſpicuus ac inuidendus non ob Titi Imp. natiuitate, uerū ob Princ. Apoſt. reliquia quā contigit et accepit ex plaga illa beata, quā ex caten: pro Xpi Iesu nomine su-
ſtinuit.

TEMPLVM SILVANI AD RADICES VIMINALIS



A d eam partem radicum Viminalis montis, quæ pergit in occasũ, templũ Siluano positũ, et sacratũ fuisse constat, et ex uetustiss.is marmorib.⁹ ibidẽ effossis, ut Faunus attestatur, et ex testamento in marmor inciso in prouincia interamnẽsi Lusitaniæ reperto, Iocundi militis, qui in bello Viriati Lusitani occubuit, quod quia integrũ est, ac nullis breuiaturæ nobis conscriptũ, et quidquã satis studiosis facere poterit, hic inserere operæpretiũ mihi uisũ fuit. Iocundi. Ego Gallus Fauonius Iocundus P. Fauonij F. qui bello cõtra Viriatũ occubui Iocũdũ et prudẽtẽ filios, e me et Quintia Fabia coniuge mea ortos, et bonorũ Iocundi patris mei et eorũ quæ mihi ipsi acquisiui hæredes relinquo. hac tamen conditione ut ab urbe Roma huc ueniant, et ossa hinc mea intra quinquenniũ exportent, et uiã latina condãt in sepulcro iussu meo condito, et mea uoluntate, in quo uelim neminẽ mecũ, neque seruũ, neq. libertũ inseri, et uelim ossa quorũcumque sepulcro statim meo eruatur, et iura Rom. seruẽtur in sepulc.ri ritu Maiorũ, retinẽdis uolũtate testatoris. et si secus fecerint, nisi legitimæ oriantur causæ, uelim ea omnia quæ filijs meis relinquo pro re: parando tẽplo Dei Siluani, quod sub Viminali mõte est attribui, manesq. mei a Pont. Max. et a Flaminib.⁹ dialib.⁹ qui in Capitolio sũt ope implorent ad liberorũ meorũ impietatem ulciscedã, teneanturque sacerdotes D. Siluani, me in urbẽ referre, et sepulc.ro me meo cõdere. Volo quoq. uernas qui domi meæ sũt oẽs a Prætore Vrbano liberos cũ matrib.⁹ dimitti, singulisq. libra argẽti puri, et ueste una dari. In Lusitania in agro VIII. cal. Quintiles bello Viriatino Siluanũ Deũ siluarũ, nõ dum Xpiana fide imbuta credit antiquitas, qui cũ Faunis et Satyris in numero Semideorũ, uel potius mõstruorũ, uel Demonũ incuborũ, recẽset Horatio, qui asse.at eo statiõne nonullos sui temporis Rom.os deuenisse, ut matrib.⁹ infamię notã inurere nõ dubitates, ab his se genitos diceret ex quorũ nu.ro forte Iocũdus hic uel potius Iniocũdus miles extitisset, qui ex lõgiquo nobili: [illegible]



Memoriæ proditũ eſt Numã Pompiliũ sacra quædã Iano inſtituiſſe quæ Agonalia dicebãtur ad VI id Ianuarij quo die Sex Pompeio et Gellio ſcribentibus Rex ipſe hoſtiam in monte Quirinali imolabat. Tunc uero ludi quidã
et ſpectacula edebantur in foro ab eorũ editione agonum, uel agonali appellato unde hodie Nagona nomen obtinet corrupto uocabulo. Ideo locus iſte sic dictus ut cũ Marliano et alijs sentiam, quod undique sine angulo patebat,
ſiuero agon apud Græcos rem sine angulo significat quia circus erat forma circulari sed oblonga locos sic habens diſpoſitos ut alter alterius proſpectũ non impediret in curriculo duæ metæ pari interuallo utrinq; poſitæ
erant circum quas equi et quadrigæ concurrebant, ut illud Horatij meta feruidis euitata rotis indicat, quæ metæ interdũ ad equeſtres decurſiones tollebantur teſte Sueton. dicente nã quo latus dimicaretur ſublatã metæ.
ſunt qui affirmẽt in hoc circo solũ certa feſta agonalia celebrari nõ uidentes hoc nomine apud Græcos omnes ludos et ſpectacula contineri ut paſſim apud Autores inuenies. in hoc [illegible] ergo circo quẽadmodũ et in cæteris certa:
men equeſtre, curule, et uenationes agitari ſolitas iudico. quis ante hunc circũ ſtruxerit minimè conſtat, niſi apud eos qui eunde cũ Flaminio confundũt, dicentes a Flaminio fuiſſe conditũ. in ea opinione fuit Pandulphus Lateranenſis
hoſtiarius eccleſiæ quẽ refert Albertinus in opuſculis, qui affirmat in loco ubi prius in circo Flaminio Apollinis ædes fuit, Adrianũ Pontifice primũ ædificaſſe eccleſiam S. Apollinaris. nõ tamen ignoramus hunc circũ Alexan:
dri Seueri nomine dictũ fuiſſe, ut notauit Faunus quod ab eo fuiſſet inſtauratũ. Forũ hoc hodie Nagonũ eſt quadrangulum unũ ex orbis terræ foris ſpectatiſſimũ, et ſpatioſiſs. non solũ ob ædificiorũ maieſtatẽ quib9 circũdatur nec
ob elegantiã duorũ fontiũ qui hinc et inde ꝑ satyros aquas, uim maxima iaculantur uerũ etiã ob eccleſiã ibi Hiſpanorũ S. Iacobo sacrã quã miniſtrorũ uitæ exemplo altaris cultu, chori concinnitate, feſtorũ celebritate Romæ singulari:
ter ſplẽdet eo magis quod hoc forũ die reſurrectionis Dominicæ dũ matutino tempore ſit ipſius proceſſio lampadib9 illuſtratur miro sulphure et cõcepto igne pulueris apparatu renidet, suauiss. mulcetur cantu populi uel ex longinquo cõcurrentis freque:
tia celebratur quã in re quidem Deo et Catholici eſſe Regis famulos Romæ et ubique gentium teſtificantur.

A B

NAVMACHIA NERONIS



Naumachia Neronis dicitur fuisse in Vaticano retro Basilicā S. Petri sub colle ubi nunc Porta pertusa: concauitas loci undique eſſoſsi etiamnū indicat ibi fuisse Naumachiā. Exhibuit Naumachiā marina aqua innantibus belluis, inquit Dio in eius uita et canebabat, ait idem nōnunquam et in publico Naumachia præclusa. in uita S. Petri dicitur fabricatū eius Templum prope naumachiā et S. Leo III. hic ædificasse hospitale quod dicebatur ad naumachiā. de hac nō meminit Martialis cum ait Hic ubi conspicui uenerabilis amphitheatri Erigitur moles stagna Neronis erant nam hæc stagna erant in domo illa amplissima et aurea Neronis quam a Palatino in Esquilinū usque perduxit de qua dicebatur Roma domus fiet Veios migrate coloni. Et Martialis idem unaq, iam tota stabat in Vrbe domus. stagnū hoc circumseptū erat ædificijs ad Vrbis similitudinē. Habuit quidem satis loci ad ædificandum hanc domum nam incendium illud ingens quo conflagrauit maxima Vrbis pars spatiū ampliū reliquerat ædificio Huius incendij culpam cum ille ipse crederetur auctor conieci in innocentes Xpianos ac propterea atrocissimū de eis sumpsit supplicium hic in hortis suis. Pereuntibus inquit Tacitus Xpianis uidelicet addita ludibria ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent aut crucibus affixi aut flāmandi, atque ubi defecisset dies in usum nocturni luminis urerentur Quæ cū ita sint locus hic tanto martyrio clarus est sūma ueneratione a nobis prosequendus et frequentandus.

CIRCVS NERONIS IN VATICANO VBI HODIE TĒPLVM D·PETRI



Hunc Circum, siue septū Tacito autore lib. 15. annal. Nero sibi constituit in Vaticano aduia triumphale, iuxta hortos, quos ad suppliciū xpianor. tribuerat, ad equos domandos et exercēdos ubi et ipse sub aurigæ habitu circēses ludos celebrauit. uidetur autē circus iste excurrisse à templo D. Petri usq. ad templū S. Michaelis Archāg. quia legitur Bonifaciū PP. in sūmo circo ecclesiā S. Michaeli dedicasse. In hoc circo stetit obeliscus ille eximius opera Augusti Cæsaris Alexandria Romam inuectus naui monstruosæ magnitudinis, de qua meminit Plin. in acumine pilā habens inauratā quę Cęsaris seruare cineres uulgò credebatur. cū hac gemina inscriptione D. Cęsari D. Iulij F. Augusti item Ti. Cę. D. Aug. F. Aug. sacrū. hodie D. Petri Agugli a uocatur ob eius templi ibi uicinū. Quā Sixtus. V. in Dei gloria et Sanctiss. eius crucis exaltatione inumerabili sumptu in medio foro collocauit. hunc etiā circū Caij hoc est Caligulæ appellat Plinius lib. 3 c. ii. tertius inquit obeliscus est in Vaticano Caij et Neronis principū circo. Fuit autem Nero tā crudelis et iniquus teste Suetonio ut nullū in se flagitijs genec in alios crudelitatis intactū reliquerit. matrē enim Agrippinā fecit abscindi, Senecā preceptorē scissis uenis in balneo usq. ad mortē deficere, Romā suā patriā et rēpub. incēdi, cuius incēdiū cythara, cātuq. celebrauit. Christianos in quos incēdij culpā reiecit, multos perire fecit, inter quos D. Petrū cruci affigere et D. Paulū obtrūcare. Ideo cū in extremo uixisset opprobrio, Romaniq. imperij decremēto, quod duas amisisset Armenias, itē duæ eius legiones à Persis sub iugū missę fuisset. . sumō cū dedecore, miserrimè mortuus est. nā desperatè fugiēs se ipsū pugione cōfodit, neminē suī quā se ipsū carnificem et Nerone inueniens.

BASILICA SIVE PORTICVS ANTONINI PII

ad plateã que uulgo di pietra dicitur.



In ea urbis parte, quam piazza di pietra uocant, rerũ antiquarũ eruditi cõmemorant, et columnã, quam hodie alibi magna cũ admiratione suspicimus, Antonino pio excitatã et hoc superbum ædificiũ fuisse: sed quidnã fuerit, inter se dissident. Gamuccius alijque affirmant Antonini ibi porticum stetisse et basilicã. alij quorũ ex numero est P. Victor templũ huic bono Principi a S.P.Q.R. positum perhibent, cui quidẽ opinioni facilius aſsensior cũ L. Fauno dicẽte, ad ædẽ S. Stephani de Trulli eidẽ loco uicinã huius templi extare uestigiũ in porticu peruetusta, cuius nec principiũ, nec finis ullus discernitur. 11. tantum ingentes quidẽ columnas marmoreas ita esse dispositas, ut in quadro porticũ illius templi extructa uideatur, quod Antonini opus fuiſse putant. Nihilominus hæc moles qualis quãtaue fuerit ab Antiquarijs ex ornamento, plantaq. dignoscitur, totã fere marmore fuisse contectã, et eleganter sculpturis excultã. addunt etiã prægrandẽ hanc porticũ supra duo et quadraginta operæ corinthio columnas, quibus fulciebatur, se protendisse. magnitudinẽ profecto et elegantiã huius operis colliges amice lector, si quando iter ea faciens in undecim illas uastiss.ᵃˢ corinthias columnas quæ hodie cũ sua coronide, basi, alijsq. ornamẽtis supsunt, oculos intendas. Fuit Antoninus Pius Imperator talis, ut uere morib.ˢ pietate cognominis adimpleret; fuit enim (ut cũ P. Victore religiosũ appellem) Princeps bonus, pacis amantiss., clementia, modestia, iustitiaq. præclarus; Scipionis sententiã illã celebrẽ uerbis, req. ipsa usurpans, malle se ciuẽ seruare, quã mille ex hostibus necare. optimo ergo iure Numæ eũ Pompilio exequabat. tantũ uero bonitatis fama exemplo que præluxit, ut barbaræ, et remotiss.ᵉ nationes, quæ catenus imperij Romani iugũ nõ senserat, allectæ de pace et foedere legatos ei mitteret. O quãtũ, Deus bone, in Principe probitas, et mansuetudo cõmendatur, quantũ habet roboris et potẽtiæ cũ ea, quæ bellorũ magnitud.ᵉ præstare nõ posset, facile uitæ gloria, et honestate conficiat. nec enim quẽquã magnatẽ appellauerim, quin propter honestã uiuendi rationẽ magnetẽ agnouerim. Tandẽ uero postquã 70 iam ãnos natus. 23. sic imperauit, cum omniũ dolore, lacrymisque discessit.

MOLES ADRIANI

Nunc Castrum S. Angeli.



*Moles Ælij Adriani Imp. conſtructa ab eodẽ Mauſolei inſtar condendis suis suorũq; Antoninor; cineribus ad ripam Tiberis addito ponte eximio qui ab eius nomi:
ne pons Aelius dicitur; opus plurimis exornatum statuis ingentes columnæ fulciebant, tribus ordinibus surgebat, primus inferior loco basis referebat figuram
quadratã, alter rotundam, tertius et supremus iterum quadratã opere ut firmior eſſet moles, dorico: huic superpoſitæ fuit Adriani statua ex ære inaurato, cuius
loco peste Romæ graſſante, in faſtigio uisus fuit Archangelus Michael S. Gregorio et uniuerso populo supplicanti gladium sanguine infectũ recondens, eoq; pes:
tilentiam ceſſaſſe: lapis uestigiorum angeli notis insignis uisitur etiamnum in templo Aracæli. Bonifacius VIIII. redegit in fortiſſimam arcẽ Alexander VI.
in meliorem et munitiorem redidit formam. perfecit demum Pius IIII. qui illam munitiſſimo muro circumcinxit. Adrianus hic plurima geſſit memoratu digna et
præter cætera recusauit triumphum sibi à senatu decretũ, quod quicquã nollet de Traiani gloria detractum cui is debebatur, domuit Hebreorũ pertinaciam, instau:
rauit Hierosolyma, compescuit Dacos a Traiano superatos, Gallos item Anglos et Hispanos, et cũ audiſſet Xpianos innocentes inauditos condemnari rescrip:
ſit ne id fieret, niſi in leges cõperirẽtur deliquiſſe Moles hæc deiecta fuit ã Gothis, sed Beliſarius Dux a Iuſtiniano cõtra eos miſſus deturbauit in eosdẽ multas statuas; ebdo.*

AMPHITHEATRVM CLAVDII IN CAMPO MARTIO



Intermagnifica edificia quæ in campo Martio quondā intuentiū oculos rapiebāt fuit Claudij Amphitheatrū ad septa siue ouilia ut uocabant miro opere et artificio conſtructū imo potius ab eo abſolutū, quod à Tiberio imperfectū acceperat. teſtatur hoc quidē Suetonius qui et ſcribit Neronē ludos ſpectauiſſe et proſcenij faſtigio munere quod in Amphitheatro ligneo in regione campi Martij intra anni ſpatiū fabricato dedit. monſtruoſū saue fuit et innumerabili ſumptu confectū, ut hac in re ſicut in cæteris luxū ſuū demonſtraret. fuit Claudius Imperator primus hoc nomine Druſi filius, et auunculus Caligulæ, imperiū obtinuit nō meritis, ſed militū temeritate. nā cū ſenatus infeſtū illo tempore Cæſaris nomen cū eius tota familia extinguere uoluiſſet, au fugiēs Claudius timore correptus in locum palatij abditiſſimū ſe abſcondidit ibi à milite repertus quod ut alij, compilatū uenerat læti s acclamationibꝰ exceptus eſt ac deinceps Imperator creatus. Mauritaniā quę ab eo defecerat ad Imperiū Rom. reuocauit atq; perdomuit. fuit principio moderatus et humanus: ſed tamen genio ſuo poſtea indulgens minus temperās in libidinē, immanitatē et crapulā totū ſe dedit fuit adeo memoria lubricus, ut multos, quos occidi iuſſerat ad ludos et ſpectacula uocaret. tandē opera uxoris Agrippinæ interfectus fungorū edulio, quibꝰ adeo delectabatur ut diceret fungos Deorū eſſe cibū, quod ſua ſponte naſcerentur. uixit 64 ānos 14 uero imperauit.



*Supra Carinas in monte Exquilino Marlianus et Fauno Autorib' suas Thermas Vespasianus extruxit, quæ ut scribit Albertus Florent. in opusculis capaces hodie dicuntur ob aquar, capacitatē uulgo 7 Sale
sed 9. quidem erant in modū ciſternar, efformatę, ut aquas reciperet harū thermar, usui p̄ uaria loca diſtribuendas; magnifice excultæ nō solū ob multitudinē statuar, quas ibi locari iuſsit sed ob mirabilē artificiū,
quo ipsi fornices atq. muri intus ex maltha elaborati erant in quibus multas mansiones, siue receptacula ad corporis et animi exercitationes miro ordine diuisit, alia circularia, alia in hemicycli formā composita
ubi et cōmodius de re philosophica diſputaretur, et balnea eſsent aquę calidę, tepidę atq. frigidę, pro ut necessitas poſtulabat, ad corporis nō solū delitias, uerū etiā sanitatē. Fidē faciunt ornamēta
quę in huiusmodi ruinis inuenta sunt. inter quę crater ille fuit insolitæ magnitudinis quem Paulus V. Pont. Max. loco deiectū quo Iulius II. erutū e ruinis Titi Vespasiani, conſtituerat renouata et ornata
basi reſtituit et collocari iuſsit in atrio Vaticani Palatij quod uulgo dr̄ de beluedere. unde syphon grandis aquar, ad altitudinē unius fere haſtę erumpit, quę ibidē receptæ hinc inde eleganter effluunt. crater
sic adunguē confectus eſt ut cereus nedum marmoreus uideatur. cōstat autem huiusmodi thermas Vespasiani fuisse ex Palatio pulcherrimo quod ipse habuit in eo loco ubi nunc S. Petri ad Vincula tem-
plum uisitur, ut ex 2. marmorib' uisū fuit in quor; altero erat flāma sculpta cū titulo hoc, Ioui, in altero uero hęc uerba Vespasianus Aug. per Collegiū Pontificū fecit, quoniā Imperatores sępeã
thermas palatiū conſtruebant ut uidere eſt ex thermis Antonini Caracallę. Titus autē Vespasianus inter bonos Imperatores numeratur ob egregias animi dotes quę in principem a rebus Xpianis
alienum quadrare possunt. fuit namque literar, nō mediocriter eruditus, adeo liberalis ut diem quo benificus nō extiterit illū perdidisse diceret. Veritamen celeberrimus quod eo Deus opt. Max. usus eſt
uindice et ultore Hierosolymę, quę execrabili sacrilegio, et incredibili impietate filiū suū unigenitū, quē ad eius salutē et gloriā in terras miserat, poſt uaria tormēti gen extremo crucis supplicio afficere nō dubitauit.*



A d uiam Osthensē quodā, ac nūc etiā ita nūcupatā quod ad Portū Ostiæ uiatores duceret, quę ab ultima urbis porta citra Tyberi initiū habuit. Erat Sergij Galbæ Imp. Horti luxuria, amœnitate, fructuq. arborū, ac ædiū superbia nobiliss. cū enim locus ille natura siluesceret et solo ubere peculiari difflueret, nō mirū, si arbores situ et cultura grandiores opacitate frondiū, ramorūq. multitudine terrestrē ibi aliū paradisū efficeret. præterea nō deerat ei loco fōtes artificiose et elegāter exstructi qui p diuersos ducti canales ac p siphones emissi cadente liquidoq. cristallo hortēsē illā uiriditatē pomorūq. colores distingueret. Nemus ipsi quoq. adherebat umbrosissimū, omni siluestriū plantar. genere cōsitū ubi feræ ac sicures animates impune uagabantur, et tuto uolucres uolitabāt, suoq. catillabat. Fuit Galba ex antiqua, et honesta Sulpitior. familia, qui p Patrē se a Ioue, p matrē u. a Pasiphæ Minois Cretæ Regis coiuge progenitū iactitabat. cū multos domi forisq. magistratus nō sine laude obijset, a Tyberio, Caligula, Claudio et Nerone amplis. titulis et honoribꝰ exornatus, agnosci a populo atq. haberi cæpit in pretio. Nec tamē a literar. laude abhorrebat; etenim preterquāquod liberalibꝰ disciplinis esset imbutus, legū peritia floruit. Primus fuit qui cū nec uia consaguinitatis nec adoptionis quid Cæsares attigisset, a militare assumeretur imperium Senatorio deinde calculo cōfirmatus. cum uero magnor. paruq. sibi sanguine, et auctoritate ciuiū, uerūtamen moribꝰ, uitaq. imparū cōsilio tandē in senio uteretur, multa temere, et infeliciter admisit, quippe qui deditus istor. arbitrio, suo alioqui recto fungi nō poterat: et p ipsor. indignitatē sinistre gessit Remp. quare ipsa Resp. iniquor. sē cōsilio et uoluntati supposita diutius nō patiēs, atq. tot reos toties extremo dignos supplicio uita facultate honoreq. donari et inocētes codēnari, et alia huiusmodi contra iustitiā et honestate pperari Galbā e medio tollere cōstituit, et idcirco successorē designare copulsus, et Othonē (ut sibi consuleret) illū fore cōstituens (o infelicem Principes exitum) ab ipso Othone fuit ipse occisus et alij qui sibi erant a consilijs obtruncati; ex Plut. et Sueton. in uita Galbæ et Claudij. singulare ijs qui regnant exemplū, ne quemquā sibi a consilijs asciscant, nisi qui recta conscientia et pietate Principum mentem dirigere, rationem confirmare, et arbitrium in bono æquoq. defigere nouerit; ne Dei iram, Hominumq. desperationem, et furorem incurrant.

DOMVS · P · VALERII · PVBLICOLÆ ·



Monumentis compertū est Pub. Valeriū Publicolā duas habuisse ędes diuerso tēpore sed in eodē loco cōditas qui hodie Velia, et caput plateæ in Vrbe dicitur primas suptuosiss. fuiſſe ꝓhibēt ut pote quæ colūnis ornatiss.æ erāt atq mā-
sionib. et diuersis diuisæ cœnaculis quę in magno pretio haberetur, tamē ab eodē cōditore Publicola una nocte dirutę sunt ut populi suspicionē multorūq. inuidētiā remoueret, dicētiū hanc nō domū sed tāquā arcē a Publi-
cola extructā. Ideo uir hic clariss.us ac optime de Rep. meritus maluit se tātarū ędiū priuare omnino gloria quā cōmittere ut sinistra de se Pop. Ro. animis insideret opinio: quare ex ruinis ibidē secūdas posuit nō ea magnificētia qua ante
sed instructurę ipsius forma admirab.e Fuit Publicola antiqui illius Valerij unde et cognomē habuit qui Romuli tempestate max.æ autoritatis extitit, qua pace inter Sabinos et Rom.os cōposuit, nepos singulari eloquētia prȩditus ac diuitijs quę oīa in Rep
sēp utilitate defensionē q. conuertit in singulos officiosis.: cuius tēpore cū Tarquinij Sup. Rom.rum Reg. F. stuprū Lucretiæ intulisset, ipsius cōsilio, atq. uirtute Pop. Ro: Regē ipsū cū omni regia clientela, et familia eiecit ac semp ab Vrbe deterruit, Qua
obre cū uire optimo sūmā illā dignitatē a populo optatē et rogatē sumere potuiſſet ac debuisset, nihilominus incredibili animi magnitud.e tenuit ac se Romanorū defēsorē, et uindicē prędicauit: cū aūt Tyrāni eiecti insidias ꝑ seruū rescuiſſet
ipse cū Bruto et Caio Minutio in Proditores animaduertere decreuit ac Tyrāno cū ipsius opib. bellū inferre cuius proditionis auctores cū ex litteris Tarquinij interceptis, atq. resignatis palā fieret, duo Bruti filij et totidē ipsius Valerij ipsemet
liberos suos p.e obtrucari iuſſit cū tandē cōsul Publicola Tarquiniū superasset. ꝑ fuit qui dignitate cōsulari in Vrbe quadriga inuectus triupharet in quo quidē triūpho ac alibi mansuetud.e suæ semp signa dedit iubens fasces cōsulares sine securib.
circūferri populo quo mirabilē sui beniuolētiā excitauit cū antea eidem populo eo acrior extitisset q. a Publicolæ nomē accepisset. senatoriū ord.m ad numerū 164. ampliauit leges aliquot tulit pop.o ipsi utiles quā una damnatis a
Consule concedit ius prouocationis ad populum altera prohibet ne quis iniussu populi magistratus inire posset sub capitali supplitio 3.a anus soluenda ad bella pecunia pro uirib. unicuique distribuit [illegible] et [illegible] obijsset.

THERMÆ TRAIANI IMPERATORIS IN MONTE AVENTINO AD

Armiluſtrum ubi hodie Templum S. Priſcæ.



Iuxta ſuas thermas Traianus palatium magnificè condidit in monte Auentino ubi hodie templũ S. Priscæ. ut referunt Marlianus et Faunus. Thermæ ea magnitudine et artificio extructę fuerunt, ut Principis animi magnitudinẽ, et egregias artificis manus oſtenderent. ibi omnia membra ad id fabricę requiſita uidebantur, et ubi balnea cõmodiſſime sine aliorũ inuidia exerceri poterant; quæ columnis et ſtatuis decorauit quas ex triumphis aduexerat. pauimenta marmoribꝰ strauit, quibus et diuersicoloribus parietes incruſtauit, laquearia et fornices ex maltha inaurata elaborauit. fuit Vlpius Traianus uiuente Nerua adoptatus, cuius ex obitu in imperiũ ſucceſsit, natus Italicæ urbe cõfinio Hiſpalis ut uolũt Eutropius in uitã Traiani, et Eusebius in chronicis, Sextus Aurelius, et Antonius Nebriſensis mira in oẽs, præſertim pauperes magnificẽtia, incredibili prudẽtia et æquitate, belli, domiq. feliciſſimus, ut potẽ quo Imperãte Roma reuiuiſcere, et ad priſtinã dignitatẽ redire uiſa est. Dacos et Deceualũ eorũ Regẽ, qui tunc Valachiã et Transiluaniã habitabãt, superauit, de ipsisq. triũphauit. Armeniã, Parthiã, Nisibẽ, et Babyloniam subiugauit. deinde uero omnibꝰ Euphratis et Tygris regionibꝰ peragratis et in ditionẽ redactis Oceanũ penetrauit ubi Indicas Gangeticasq. prouincias perdomuit, quo Romanorũ potentia nõ peruenerat. Iudeorũ Cyrenẽsiũ et Ægyptiorũ rebellionẽ uniuersa eorum occisione cu:rauit. a Dæmone uero delusus tertiã Ecclesiæ cladẽ inuexit quam postea de Xpianorũ religᵉ et moribꝰ aliter eruditus, mitigauit. in Hiſpania pontẽ, quẽ dicũt d'Alcantara teste S. Isidoro ædificauit; Romæ Colunã a se dictã Dacicis insculptã prelijs excitauit, quo eius cineres translati diu in ipsa sũmitate quieuerũt. Quo circa meruit Princeps optimus appellari, et post ipsius obitũ quicũq. Imperator creabatur, ita alia ei bona precabãtur, quã ne fortunatior Octauiano Augusto, nec melior Traiano existeret. Seleuciæ moritur Anno Dñi 119.

ARCVS TRIVPHALIS GRATIANI

Ad Ædem S. Celsi



Ad templum hodie S. Celsi Gratianum Imp. cum Valentiniano ac Theodosio arcū habuisse triumphalē miræ magnitudinis conſtat ex marmore ibi inuento cū ſimili inſcriptione IMPPP. CÆSSS DDD NNN. Gratianus, Valentinianus et Theodosius pij felices et semper AVGGG. arcum ad concludendū opus omne porticuū maximarū æterni nominis sui pecunia propria fieri, ornari que iuſserunt. Quo quidem argumento colligi poteſt, huiusmodi arcū fuiſse et mole et artificio admirabilē, multisq. laborib⁹ et figuris ornatissimū: cum tres Potentiſsimi Principes, quorum ſinguli uniuersā ſtruere, et decorare Romam potuiſsent uni operi cōmunem ultimamq. manum impoſuerint. cuius ueſtigia Iulio II. Pontif. Max. multa extabant, ac hodiè extitiſset: ni partim multi lapides ad nouas inde fabricas translati fuiſsent; et partim prohdolor (id quod sine stomacho, simul et planctu dici non poteſt) in confectione calcis decocti, et consumpti fuerunt. propterea quod Albertinus uerus illius temporis antiquarius teſtatur unum se uidisse lapidē calcarij clibani condemnatū notum ex inſcriptione quam refert. Gratianus filius Valentiniani post patrui Valentis obitu Orientis et Occidētis imperiū tenuit, Gothos superauit, induſtria à uiribus Theodosij Hispani prefecti, quem poſtea ob preclara ipsius merita conſortē ſibi fecit Imperij, eidem parte Orientis attribuens. tandē à Maximo Tyranno in uia Italiā uersus occiditur nouē et 20 annos nō ultra natus; utique nō occidendus si ad imperiū diligenter attende ret, eiq. atq. ſibi inuigilaret, quā in re se remissius geſsit, fuit tamen egregiæ indolis et Christianus in remq. christianā ſicut ipsius Pater optime affectus.



Thermæ Septimij Seueri ut teſtatur Helius Spartianus ædificatę fuerunt in regione tranſtyberina ſedubinam certo neſciunt antiquarij quæ quidẽ regio ut hodie ſic eo tempore infima et obſcura erat ob aeris inſẽperiẽ, quæ ideo referente Marliano uiliſsimis et ſordidas artes exercentib' habitabatur, forte ut huius fabricæ magnitudinẽ locus ille illuſtraretur, et balneorum uſu ſanitatẽ protegerent ab Auſtris qui peſtifere perflant regionẽ illã quemadmodũ, et Aurelianus ut ſcribit Vopiſcus alias ibidem conſtruxit hyemales. itaque Seuerus cũ magno Principis animo fuiſset architecturã ab alijs uariauit, ſicut in Septizonio fecerat cũ uero ad amplitudinẽ deeſset locus, altitudine recompenſare uoluit, qua facile omnes alias thermas ſuperauit intus et foris columnis et ſtatuis exornauit quæ columnæ cũ marmorib' hodie extant in templo SS. Chryſogoni et Cæciliæ. ut refert Franciſcus Albertus Floren' in opuſculis abſolutiſs[as] fecit cũ omnib' ſuis membris ubi hipocauſtũ nõ deerat, nec apodyteriũ, nec unguentariũ, nec cadaria nec tepidaria, nec frigidaria cellæ ad id operis neceſsariæ, nec etiã cœnationes deerant ampliſs[ae] ad diſputandũ quib' et nõnullas cryptoporticus, et porticus patentes circũmcirca addidit ut pro temporis opportunitatẽ ibi exercitationes, ludiuẽ fierent. fuit Septimius Afer, ui armorũ imperio potitus eſt ante omnia Pertinacis mortẽ uendicauit omnib' qui eum occiderat, imperiũque Didio Iuliano uendiderant, exautoratis. Deinde Romã pompoſiſs. peruectus ſenatũ, P. Q. R. bene de ſe ſesperare iuſsit Peſceno Nerone, et Albino qui imperiũ affectauerat debellatis, Artabano Rege Perſidis ſupato, ac prudẽter res Rom. adminiſtrauit fuit tamen apprimẽ cupidus, et ambitioſus, propoſitiq. tenaciſs. inimici crudeliſs. qui et in Eccle[ae] perſecutionem excitauit.

DE·CVRIA·OCTAVIA·ET·PORTICV ILLI·VICINA·HODIE·S·MARIÆ·IN·PORTICV·



Ante theatrum, quod sub nomine Marcelli nepotis ex sorore Octauia Auguſtus excitauit cuius pars ad huc ibi uidetur in ruina, curiã Octauiã fuisse tradit Appianus, cui iuncta erat eius nominis porticus, quæ ut conijcitur à S. Nicolao in carcere usque ad S. Mariã in porticu extendebatur. In hac curia et porticu multas depictas imagines, statuasq. erectas Plin. memorat, et ab eximijs cõmendat auctorib' inter quas pictura erat Herculis, et aliæ ab Arthemone cõfectæ et statua Apollinis tenẽtis fulmen. nõnulla etiã delubra nempe Iunonis cũ ipsius, Veneris et Esculapij simulacris. itẽ Apollinis acipsius duæ ibidẽ effigies, Latonæ et Dianæ, nouẽq. Musar. Tandẽ aliæ considerãdæ quæ in scolis ibi Octauiæ appellatis uidere erant, de quib' meminit idẽ Plin. In hoc tẽplo S. Mariæ in porticu cõseruatur imago quedã B. Mariæ Virg. quæ habetur ex antiqua traditione delecta et portata fuisse p manus Angelor. B. Gallæ Virg. fil. Symachi Rom. patritij cuius uita S. Gregorius PP. cõscripsit lib. 4. dial. c. 13. S. Ioãne Pont. Max. qui illud tẽplũ eidẽ imagini cõsecrauit. Deinde uero successores scilicet idẽ Greg. Alexander 2. Greg. 7. Celeſtinus 3. itẽ Caliſtus 3. Leo X. Adrian. 6. Paulus 3. pro sũma in eã pietate, quę multa miracula edidit pręsertim in pestilẽtia. qua Roma interdũ laborauit. idẽ imago eſt in sapphiro ut uidetur mirabiliter delineata templũ paucos ante ãnos additis Sacerdotibus ex Cong.^ne Lucæ egregie fuit inſtauratũ, est columna uisenda ex lapide pellucido.



Nullus fere Rom. antiquitatũ autor est qui de domo Gordianorũ magnifice uerba non faciat, quamuis uero Andreas Fuluius Sabinen. c. 192. ipsius cũ alijs Gordiani operibus ueſti: gium in urbe nullum extare dicat. Nihilominus Lucio Fauno, immo et antiquiori Capitolino habenda est fides aſserentibus, in uia Prænestina, non procul ab æde S. Euſebij, ut hodie ipsũ do: cet uestigia, huiusmodi adeo superbũ ſtetiſſe palatium ut 200. uno stilo, atq ex uno latere columnas haberet, quarum Albertinus in opusc. c. 33. ex aliorum lectione meminit 50. fuiſse Simiadas, 50. alias Numidicas, totidem Claudianas, reliquas tandem Tiſteas. Ex quo uidere est, quanta præclaræ huius domus magnitudo foret, quæ Gordianæ familiæ memoriã præ cæteris in Vrbe conseruaret. Præterea quod et thermas incluserit, quas Capitolinus et alij memorant, omnium terrarum (Romanis exceptis) nobilissimas. Gordianus, ut scribit Pomponius Letus, adeo magnificus fuit, et literarum studiosus, ut sexaginta duo millia librorum habuerit. Parthos iam erumpentes ingenti clade superauit. proxime Philippũ antecessit qui Imperator Chriſtianus primus extitit. tertio anno eius imperij millesimus ab urbe condita impletus est annus; quare ludis magnificentissime celebratus. anno à natiuitate Dñi. CCXLVII.

HORTI LVCVLLIANI

prope Septa Trigaria et Equiria



